

1664.

1. Bardili, Bruckhardt: De institutionibus et substantiis.
2. Bardili, Bruckhardt: De legatis.
3. Bardili, Bruckhardt: De iustitia et causa constituta, dissolvendaque.
4. Bardili, Bruckhardt: De effectu testamentorum
5. Bardili, Bruckhardt: De modis, quibus testamento informantur.
6. Bardili, Bruckhardt: De codicillis et clausulis codicillari.
7. Lauterbach, Wolfgang Adams: Excerptio XV ad lib. X
Diss.
8. Lauterbach, Wolfgang Adams: Excerptio XVIII ad lib.
III. Diss.
9. Lauterbach, Wolfgang Adams: Excerptio XV ad lib. V
Diss. tit. II et seqq.

1664.

9. Lauterbach, Wolfgang Adams: Sacra talis XV ad lib V
Diz. lit. 2 et seqq.

10. Lauterbach, Wolfgang Adams: Sacra talis XIX ad lib X
Diz.

11. Lauterbach, Wolfgang Adams: De jure parvularum & fetu-

12. Lauterbach, Wolfgang Adams: De jure mentis

13. Lauterbach, Wolfgang Adams: Sacra talis XIV ad lib V
Diz. lit. I.

14. Lauterbach, Wolfgang Adams: Sacra talis XVI ad lib II
Diz. lit. 1. et seqq.

15. Lauterbach, Wolfgang Adams: Sacra talis XVII ad lib III. Diz.

16. Maurotius, Erich: De demonstriaione sagarum
iisque, quae etiam recte intelligentiam faciunt.

17. Maurotius, Erich: Positiones controversiarum ex
iure fundati et materia de rebus, quae in feuer
deci possunt, de proprieたem decas

1664.

18^o art. Marcellinus, Bracca: De imperii necessitate
2 Sept. 1691 - 1746

1665.

1. Bardili, Brueckharts: De auctoritate laborum.
Rec. 1743.

2. Bardili, Brueckharts: De falso procuratore
Rec. 1743.

3. Bardili, Brueckharts: Encyclopaedia XI: 1c
firmissimiss.

4. Bardili, Brueckharts: Encyclopaedia XII: De auctoritate
legatorum et leg. Falcidio

5. Bardili, Brueckharts: Encyclopaedia I: Prædictio-
nibus et similibus effectuonibus, tam herediti-
bus insitutio, quam legatis appositis.

6. Bardili, Brueckharts: Denarii operis numeratio.

7. Lauterbach, Wolfgang Blaues: De singulare affinitas
jure.

1665.

8. Lanterbach, Wolfgang Adamus: *Excerptio* XXII. et XXX 17
right II et III.

9. Lanterbach, Wolfgang Adamus: *Excerptio* XXI et
lib XI rig.

10. Lanterbach, Wolfgang Adamus: *Excerptio* XXII et
lib XII. rig. lib. I.

11. Maurilius, Ericus: *Postionum controversiarum ex jure
fundati et materia de renovatione feudi, et condicione
de promptuarum decas.*

12. Maurilius, Ericus: *Postionum controversiarum
ex jure fundati, et materia de jure vasalli in feudo
imprimitus sub ipsius fundatione et restitutio decas.*

13. Maurilius, Ericus: *Postionum controversiarum ex jure
fundati et materia de jure domini in feudo,
et reverentia imprimitis vasalli et suorum feude
libus, et promptuarum decas*

1165

14. Maurilius, Lixius: Postionum controversiarum, ex iure fundati et materia de jure, iuris et actionibus fundatis de promptuarum decas.

15. Maurilius, Lixius: Postionum controversiarum, ex iure fundati et materia de successione fundi de promptuarum decas.

16. Maurilius, Lixius: Postionum controversiarum, ex iure fundati et materia de aspectu et similitudine investiturae de promptuarum decas.

1. Bardoli, Bruckhardus: Sacerdotalio XIII: De successione legitima

2. Bardoli, Bruckhardus: Sacerdotalio XIV de donationibus

3. Bardoli, Bruckhardus: Concessorum theorema - Prædictarum eiusdem statutio XIV Sacerdotalio XII.

4. Bardoli, Bruckhardus: De bonorum possessionibus et collationibus.

5. Frommann, Ioh. Averri: De dominio eiusdemque

jurium hausti legali, h.e. acquisitione, quae sit.
sine possessionis aut quasi, haustatione, approche-
sione.

6. Grotius, Thomae : Tractus juris publici Hungariae

7. Lauterbach, Wolfgang Adams : De singulari affinitate

8. Lauterbach, Wolfgang Adams : Exercitatio XXV ad lib
III. p*g.*

, 9. Lauterbach, Wolfgang Adams : Exercitatio XXIV ad lib XV
p*g.* lib. IV et seqq.

10. Lauterbach, Wolfgang Adams : De pena conventionali.

11. Lauterbach, Wolfgang Adams : Exercitatio XXVI ad lib. XIV

p*g.*

bit.

heg.

ial

ire

26

XIV

ali

26.XIV





Cordicorum Thesaurus.

Præcolum

Tomus IV.

LIBRARIBUS ET

EXEMPLARIBUS

THEATRIBUS EXIBITIS.

PRÆCOLUM

ANTONIO CARDINI,

I.
Q. B. V. D. T. O. M.
DISSE^TATIONEM
JURIS PUBLICI,
De
IMPERII RE-
CESSIBUS,

von
Reichs-Abschieden / 161

Publicè disputandam proponit

Eitel Bernhard Lib. Baro von Stein.

PRÆSIDE

Tib 1664, 18

ERICO MAURITIO, U. J. D.
& Prof. Publ.

In Auditorio Jctorum

Add. Maji,

Horis matutin.

Recusa JENÆ
GEORGII HEINRICI MÜLLERI,
ANNO M DC XCI,

2.



3.

PRÆFATIO.

Um animum induxissem, ante di-
scessum ex Academia hac, de Materia
quadam Juris Publici cum Commilito-
nibus publicè differere, commodum in-
mentem venit, in Imperio nostro, inpri-
mis fas esse, quid sint, qui vulgo vocan-
tur Recessus, nostris Reichs-Abschied/ recte comper-
tum habere. Si enim in Republica præcipua Practi-
cæ Philosophiæ illa est consideratio, quæ circa Jura
Majestatis versatur, inter quæ eminet illa, quæ est
circa leges potestas; facile patet non leve esse operæ
prætium de his, utpote, quæ cum Legibus in Comi-
tiis latis idem sunt, disquirere. Quamvis autem
non nisi pauca hujus materiæ attingant singuli Juris
Publici Scriptores, non tamen quenquam temerè id
in argumentum trahere posse automo, quasi quid-
quam ideò decedat dignitati ejus, quod addere poti-
ùs aliquid videtur, recte rem Perpendentium Judicio.
A vobis autem Lectores benevoli, tanto promptiorem
mihi promitto veniam, si non omnia ubique acu-
tetigisse in re minus hactenus explicata visus fuero.

THESIS I.

Germanos antiquissimis temporibus, cum Gal-
loꝝ, Britanniꝝ, Hispaniꝝ, ac Illyrici primis habitato-
ribus, originem, gentem, linguam celticam, Græcis
A ita
*Præf. Germani
per alia con-
didere dicer
ta in Conisti-
bus*

ita appellatam, communia habuisse, post eruditionem Philiippi Cluveri operam, in Germaniæ Antiquæ descriptione lib. i. cap. 5. seqq. nonnullis, nemo temere dubitat. At communes, quamvis uni, tot tamen amplissima spatia divisa genti, Conventus, vel Comitiorum Decreta, nemo antiquorum tribuit. Inde Celtæ diversis paulatim nominibus distingui coepere, ac inter eos, quos recentiori, ac paulo ante Taciti æratem nato nomine, Germanos dicimus, multis seculis ante, (observante eodem Cluverio) Theutisci appellati sunt. Suos illis deinceps, à reliquis diversas, ut ditiores, ita linguam, Principes, Republicas fuisse, satis consensu autorum liquet. Nec vel sic tamen omnes Germani unius Imperii vinculo conjuncti vixere, divisi enim & ipsi iterum, in populos plurimos, Tacito ex antiquis, ex recentioribus Cluverio exactè commemoratos, tot ferè Republicas, quod populos diversos habuere. Singulis sui quidam conventus, Concilia appellat Tacitus, libro de Moribus Germanorum, fuere. Nec ea unius generis. Deminoribus, inquit, rebus, principes consultant, de majoribus omnes, ita tamen, ne ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes praeratentur. Ita enim legimus ex Hugonis Grotii correctione, ubi vulgati libri habent pertractentur, quod sensum congruum non exprimit. Universorum ergò aliqua fuerunt; totius populi, principium & Seniorum reliqua. Non est vero dubium, excepisse hos conventus, Decreta quædam, consensu illorum, qui partem eorum faciebant, probata, quæ hodiè ex mutua illa conventione, Recessus, barbaro vocabulo appellamus. Quin commemorat etiam Tacitus, quid in illis ageretur, ac definitetur. Inter plura alia, quæ ibi legi possunt; Eliguntur, ait, in iisdem conciliis & Principes, qui jura per pagos vocosæ reddant. Sed particularia illa gentis alicujus inter Germanos, non Germanorum omnium conventus & Comitiorum Decreta fuisse, satis patet. Ut inde quidem ad Originem vel commitiorum nostrorum universalium, vel Recessuum Imperii concludere, vix integrum sit.

II. Mel-

II. Melchior Goldastus Haimensfeldius in prefatione, *Leff. Gold. aff.*
 quam præmisit tomo tertio Imperatorum, Augustorum, Cæ-
 farum ac Regum S. Imperii Romano Theutonici Recessuum,
Constitutionum, &c. ad Jacobum Anglia Regem, agnoscit qui-
dem Germanicas gentes sub nullo certo, aut publico Impe-
rio, in nationes divisas, quasque suis moribus & consuetudi-
nibus, sua libertate, sub Regum (ut vocat) singulorum diti-
one vixisse. Cæterum belli tempestate ingruente, aut necessi-
tate aliqua exigente, cunctos Reges atque Principes de Repu-
blica deliberaturos indicis Comitiis concurrere solitos in
commune consulentes, quid opus factò foret, ac ibi, com-
munitibus Regum ac populorum suffragiis, Imperatorem cre-
ari solitum, autumat. Ita à Germanis & Gallis, tempore
Julii Cæsaris, Ariovistum electum Imperatorem contra Ro-
manos, ita Augusti avo, Harminio Cheruscorum Regi impe-
rium collatum, atque ita Alaricum, Redagusum, Gothos,
Godesilum Vandalorum Attilam Hunnorum Reges commu-
ni in Comitiis Generalibus Germanorum, sape etiam acce-
dentium aliorum populorum consensu electos, ac cum sum-
ma potestate rei militari præfectos, fuisse. Sed fallitur vir-
doctus, & quod à Germanis omnibus electos putat Duces,
qui nonnullarum solum nationum consensu principes i-
psorum erant: & quod in Comitiis universalibus factum pu-
tat, quod in particularibus solum illarum nationum, vel non-
nullarum, Imperio, aut sedere junctorum, conventibus. Quod
si probasset etiam, convenisse illo rerum statu ex Germania
populis omnibus, ad hos conventus, selectos, id non ex vi
communis Imperii, aut necessitatis alicujus factum; sed arbitrii
& libertatis merx fuisse, ac fœderat orum conventus ali-
quis potius, quam Imperii unius comitia, ac quæ conclude-
re placuisse, fedus vicinarum & lingua communij junctorum
nationum unius gentis, non recessus Imperii, jure meritoque
appellari potuissent.

III. Cæterum, Francis deinceps paulatim inter Ger- *et Francis quo-*
manicas gentes, caput præ reliquis efferentibus, proprius non *damus de Julian-*
A 2 nihil *de Rec. eorum*
angeli origines

nihil perveniri posse videtur ad conventus, qui speciem Comitiorum universalium referunt, adeoque quod inde consequens, originem Recessuum Imperii Germanici. Infederant illijam pridem, ac florentibus adhuc Romanorum rebus, eximiam Germaniae parte, quæ hodieque Franconia nomine venit, à Bojohemo usque cis Thiringorum saltum, in Saxoniam usq; inferiorem patentein: quibus deinceps etiam accessione Chamavorum, Bructatorum, & Ampstavariorum, addidi incolæ provinciarum à Ducatu Bergenſi in Würtenbergensem usq; tum vietiis Alemandis Svevia, Helvetia, Bavaria, ac superatis Hermenfrido Thuringia ac deinceps Ratbodo Frisia Rege, Thuringia quoque & Frisia accessit. Sed &, quæ Burgundiones & Gothi in Gallia occuparant, iis mox paruerunt. Cum ergo unius Imperio haæ ditiones omnes continerentur, ac unam adeò civitatem, vel Rempublica constituerent non dubium, nationes, qua eo continebantur, Germanicas, publicos etiam ex more gentis habuisse, conventus. Quin imò disertè id factum ait, & modum, etiam qualē acceperat Adelhardi Caroli Magni agnati & Consiliarii libello de ordine palati describit hinc. Marus Archi-Episcopus Rhemensis ad Franciæ Episcopos, Epist. 3. cap. 29. *Consuetudo, (scribit) tunc temporis trita erat, ut non sapient, sed bis in anno placita duo tenerentur. Unum quando ordinabatur status totius Regni ad anni vertentis spatium: quod ordinatum, nullus eventus rerum, nisi summa necessitas, que similiter toti Regno incumbebat, mutabat. In quo placito generalitas universaliorum Majorum statum Clericorum, quam Laicorum conveniebat. Seniores propter consilium ordinandum: Minores propter idem consilium suscipiendum & interdum pariter tractandum, & non ex potestate, sed ex proprio mentis intellectu vel sententia confirmandum.* Siegbertus Gemblacensis Monachus, qui seculo 12. vixit, jam ad annum 662. Chronici, adeo observatum etiam statum Comitiorum, hujusmodi tempus monet, ut cum reliqua (ut ipse putat,) deficerent à veterum institutis in regno Francico hoc duraret tamen, *Abhinc, ait, Francorum Regibus à solita fortitudine*

Scientia degenerantibus, Regni potentia disponebatur per Majores Domus, Regibus solo nomine regnabitibus, quibus moris erat principi quidem secundum genus, & nihil agere vel disponere, quam irrationaliter, edere & bibere domique morari, & Ka'endis Maji praesidere coram tota gente, & salutare & salutari obsequia & dona accipere & rependere, & sic secum usque ad alium Majum permanere. Confer observata in eam rem à viris longè doctissimis & harum rerum peritissimis, Hermanno Conringio differt. de Germanici Imperii Civibus, & Lehmanno in Spirensi Chronicō l. 2. c. 37. Seqvuntur autem Comitia necessariò Decreta Comitiorū. Extant eorum quædam, in Bibliotheca Cardinalis Mazarini Manuscripta. Sed & illorum nonnulla illius aetatis exhibet Goldastus tom. 3. collectionis confitut. Imperialium ubi p. 117. legitur, Recessus sive capitulare Comitiorum Ratisponensum à Carolomanno primo Francorum Principe regnate Childerico II. celebratorum, ut habet inscriptio: cuius tamen fidem minimè præstamus, imprimis cum Cardinalem Cusanum Decretum hoc tribuere. Carolo Magno sciamus, & non statuum omnium, sed Episcopū saltē nonnullorum in iis sit mentio. Exhibit insuper Decretum Comitiorum Liffinensum, eodem Carolomanno rerum potiente, & Recessus sive Capitulare Comitiorum Metensium à Pipino Francorum Rege anno 755. celebratorum.

IV Neque tamen vel hæc Comitia universæ Germania Comitia, neque Decreta eorum Recessus Imperii Germanici universi dici posse existimamus, quod illâ quidem aetate Saxones, ac qui eo nomine cōtinebantur Ostphali, Westphali & Angrivarii ac Pannonia superior Francico nondū cessissent Imperio. Saxoniam autem non modica est Germanie pars, & ad eam, quæ Francos incolitur latitudine dupla putau, rcum longitudine posse esse coram similis, ut ipse Eginhardus Cancellarius Caroli Magni Imper. in vita ejus memoria prodidit. Partis ergo Germanorum Decreta hæc erant non Universales Recessus Imperii totius Germanici. At Saxonibus, & Pannonia, ac quicquid restabat Germanici nominis, felicibus armis Caroli Magni in unum corpus Francici Imperii collectis, sub uno jam Imperatore

ratore Rege & Germania vivere cæpit. Eginhardus, non ante desisse à cruentissimo bellocum Francis Saxones commemorat, quam propositâ à Rege conditione inter alia, ut Francis adunati unus cum eis populus efficerentur. Autor Anonymus, qui carmine descripsit Caroli Magni tempora, ad annum 803.

permitti legibus uti

Saxones patrii & libertatis honore.

Hoc sunt postremo sociati fædere Francis,

Ut gens & populus fieret concorditer unus.

*Quando coepit
Recessus Imperii
universalis.*

V. Ex hoc ergò tempore Germanorum universales Conventus, ostendit vetus Historia. At cum non Germania solùm, sed & Gallia & Italia Regna Francici juris tum essent, non Germania solùm, sed trium horum Regnorum hos Conventus fuisse liquet, ac quod inde consequitur etiam Recessus non solius Germania, quod rectè observat diligentissimus Goldastus Præf. in tom. tertium, qui Generalia Comitia omnium horum Regnorum conventus, Particularia, unius Regni membrorum conventus indigitat. Particularia, verba ipsius sunt, Comitia, quæ nostris moribus sola nunc obtinent, singulorum fuere privatim Regnorum. Addit deinceps ea, de quibus in Generalibus Conventibus communī consensu convenerat, Latinè, Germanicè, ac Gallicè promulgari, consueti fuisse moris, ac appellata esse Capitula; Illa vero, quæ singulorum Regnorum essent, Decreta, Denunciationes dictas; non modò, quod ea populo denunciarentur, verùm etiam, quod Rex vicinis sociis, & Amicis Regibus, ut in Regnis quoque suis publicarentur, auctoritateque sua confirmarent, denunciarit, qui mos inter Germania imprimis & Gallia Reges admodum solennis ipsi fuisse dicitur. Quod tamen, unde acceperit, nobis non constat, ac suo ideo illa loco reliquimus. Recessus hujusmodi Caroli Magni exhibet plures Goldastus tom. in primis tertio

(7.)
tertio à pag. 120. usque ad 159. quos omnes genuinos tamen esse, vix quisquam erudito lectori persuaserit. Atque hic jam primum universa Germania, & ex omnibus ejus Provinciis aliqui, Comitiis publicis interfuere, & primum illa universa pro legibus habuit, totius Imperii Germanici Comitorum Decreta. Primaque haud dubiè est illa Recessum Origo. Sive enim communes illis cum Longobardis & Francis aliquis hoc nomine appellare velit, sive particulares, Denunciations dictas Goldasto, hanc ætatem habent. Variè deinceps se res habuit, dum Ludovici Germanici ætate soli Germani non intermixtis alijs populis sua Comitia, suos peculiares Imperii Recessus, dein conjuncti cum Lotharingia Regno, communes cum illius incolis habuere, separatas tamen a rationibus Gallorum, quod postremum saltem post millesimum annum obtinuisse agnoscit etiam Goldastus in prefat. ad Sereniss. Britannie Regem, ad totum 3tium.

VI. Decreta hæc Comitorum, Recessus, vulgato, sed ^{legi articulo} barbaro vocabulo dicta, ut rectè post Goldastum in Repsica ^{Recessum} pro Imperio c. 10. p. 104. monet Liminæus. tom. 4. Juris publici ad n. 194. Germanis Reichs-Abschied definit Daniel Otto Dissertationis Juridico Politica de Jure publico Imperii Romani cap. 12. ex Bortio: quod sint communes, Reipublicæ, seu Imperatoris & statuum sponsiones, ad ipsam administrationem spectantes. Ad eundem ferè modum Brautlach in Epitome Jurisprudentia publica universalib. I. cap. 1. n. 20. Sunt, ait, communes Reipublicæ seu Imperatoris & statuum sponsiones, ad ipsam Imperii administrationem & gubernationem ab Imperatoribus, & Imperii statibus variis in Comitis fiscis. Cujus verba sua fecit etiam Besoldus thesauro Praetico vocé Reichs-Abschied / & Adamus Riccius, JCtus Regiomontana Academiæ primarius Professor in tractatu de librorum Juri Romani quantitate & qualitate pag. 256. Cæterum ut per sponsionem statuum mutuam constituantur Recessus, non tamen ipsa sponsio, sed quod ex sponsione nascitur Recessus fuerit. Sed ex alis causis definitionem hanc improbant, tum Gothonfredus Fibigius Electorum Juris publici Se-
^{midecada}

midecade 8. quæst. 2. num. 19. & seqq. eumque sequutus Magnificus Dominus Johann, Helvicus Schützius, Cæsareæ Majestatis Consiliarius & supremi Imperii Judicij Assessor in Collegio Juris publici manuscripto tit. 1. in Expositio positionis 23. Quare Fibigius describit Recessus, quod sint leges, de iis, quæ ad Republica administrationem spectant, negotiis, Cesaris statuumque consensu constituta, & ab Imperatore solo promulgatae. In qua duo præcipue nobis minimè se probant 1. quod ad ea negotia, quæ ad administrationem Reipublicæ spectant, Recessus restringet, cum etiam ad constituendam & augendam Rempublicam continere possint quædam, & contineant interdum. 2. promulgationem vel publicationem soli Imperatori adscribat, quod tamen perpetuum & universale non esse pridem monuerūt alii jurispublici Scriptores, & probare contendunt verbis proœmii Ordinationis Cameralis de anno 1555, in fine ibi: welche mit Rath/ Zuthun und Vergleich der Thür/Fürsten/ Fürsten/und der Stände/ durch eine sondere Constitution in das heilige Reich publiciret worden. Describi commodi us videntur, quod sint leges universales in Comitiis Imperii Germanici, ab iis, qui jus ferendi habent, legitimè constitutæ, & promulgatae. Universales autem leges appellamus, non quod omnes Imperii subditos, omnes Recessus obstringant, cum quædam iis contineantur, quæ conceperat, sint in certum personarum genus; sed quod normam omnibus in Imperio viventibus, ejus ordinis præscribant. Unde dicantur Recessus ambiguum est DN Johan. Otto Tabor eleganti sarcasmo hanc quæstionem jocabundum non neminem resolvisse tradit. Racemat. Crim p. 439. quod ab illis multi recedere, nec quisquam iis morem gerere amet. Gothofredus Fibigius Elect. jurispr. semidec. 8. quæst. 2. n. 14. quod fint. instar secretorum Imperii Recessus animorum, sive cogitationis recondita Cesaris statuumque Imperii, vel quod per eas à variis dissensionibus recedatur, appellatas existimat. Dn. Johan. Helvicus Schützius d. l. quod sub ipsum discessum vel Recessum, seu post consultationes & deliberationes finitas

Unde nomen
Recessum:

(9.)

finitas, constituantur atque deinceps discedatur, appellatas judicatae.
Nobis levioribus operæ videtur in ista inquirere, quam ut
multum occupare studiosam alicujus industriam debeantur.
Appellantur alio nomine Imperii Constitutiones. Quod
vocabulum idem significare cum Recessibus notat Besold The-
sauro practico voce R. A. Reinking. de Regino secul. & Ecclesia-
stico liber. 2. class. 2. c. 5. n. 46. Struv. ad ius. ff. d. Constit. Principium
ib. 33. Recessus Comitiorum, Reinking. d. l. Ordinatio-
nes Imperii Struvius d. l. Germanicæ Reichs = Abschied/
Reichstags-Abschiede post pl. Fibigius in Elect. d. quæst. n. 12.
Reichs-Sitzungen/ Reinkingh. d. l. Reichs-Ordnungen/
Struvius d. l. Reichstags-Ordnung/ Fibigius d. l. Quam va-
ria significet Recessus attingere præter rem fuerit, sublata
jam per definitionem ejus, si qua est, ambiguitate; qui id
quoque scire expedit, adeat Fibigium dicta quæst. 2.

VII. Unde liquet, rectè Bullam Auream inter Imperii *fur. Bullæ
Recessus referri. Eam enim in Comitiis Germanicis ab Im-
peratore & Statibus latam, controversia vacat, ex verbis ult. *accepisse Regis
proæmii ibi, in solenni Curia nostra Nürnberg, assidentibus, nobis o-
mnibus Principibus Electoribus, Ecclesiasticis & Secularibus, ac aliorum
Principium, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Civitatum,
multitudine numerosa &c. matura deliberatione prævia. Confer defi-
nitionem Bullæ auræ Dn. Georg. Theodori Dieterici in Noiss
ad Auream Bullam pag. 3. Atque ita sentire videtur Brautlach,
in Epitome lib. 1. c. 1 n. 18. Ubi Constitutiones, ait, de Jure & Statu pu-
blico late potissimum in Aurea Bulla & reliquis novissimis Imperii Re-
cessibus consistunt. Wehnerus in Practicis observationibus, vo-
ce Reichstag. p. mihi. 417. in verbis. Olim ex Aurea Bulla Ca-
rolo quarti patet solos Reges vel Imperatores Decreta Imperii Reichs
Abschiede signasse. additum Riccius Tractat. de librorum Juris Ro-
mans quantitate & qualitate p. 257. Atque in hanc sententiam
convenire videntur etiam omnes illi, qui Constitutiones &
Ordinationes Imperii idem quod Recessus Imperii notare
volunt, quales Besoldus, Reinkingius, Struvius, alii. Ast
distinguere eam à Recessibus Imperii videtur vulgaris lo-
quendi usus, & Scriptoribus juris publici Fibigius qui in-
terdum**

B

terdum Fundamentales leges, ac Auream Bullam & Capitulationem Recessibus opponit, ut facit semidec. 4. quest. 4. n. 11. & n. 12. & semidec. 8. qua. 3. n. 19. A qua sententia vix discedere videtur Lymnæus in Observationibus ad proœmium *Aurea Bullæ editis, observ. 22. & 23.* ibi enim, & descriptionem Bullæ Aureæ Domini Dieterici rejicit, & in nonnullis cum solis Electoribus Imperatorem negotium communicasse ait. Sed & Limnæi ista non firmo tali cosistunt, & Fibigius sibi semidec. 4. quest. 5. ipse contradicit. Quærit enim ibi, utrum Constitutiones & LL. Imperii, nimirum Auream Bullam, Pacem Regiomontanam & profanam, Capitulationem Imperatoriam, Cæterosq. Recessus Imperii abrogare licet? Sanè Conscriptores ultima Ordinat. Judicij Aulici sub nomine aller Reichs-Abschied/ complecti etiam Bullam Auream docet. §. penult. so sollen auch unsere ic.

VIII. De Capitulationibus antiquioribus vix aliquis certò affirmaverit, eas propriè pertinere ad Imperii Recessus. At postquam Instrumento pacis Cesareo Svecico art. 8. §. Habeantur, &c. cautum est, quod subjicimus: In proximis Comitiis emendentur, in primis anteriorum Conventionum defectus, ac tum quoque de Elezione Romanorum Regum certa constantiæ Cesareo Capitulatione constitunda &c. ex communissimum consensu agetur & statuatur: & sequentibus duab⁹ Capitulationibus Ferdinandi IV. & Leopoldi Invictissimi Imperatoris, in proœlio & fine Capitulationis, verba illa leguntur: daß wir uns demnach aus freiem gnädigen Willen/ mit denselben unsern lieben Neven/ Oheimen und Thür Fürsten/ vor sich und samentliche Fürsten und Stände des Heil. Römischen Reichs/ dieser nachfolgenden Articol gnädig und pacis-weise vereiniget/ vertragen und angenommen/ verglichen und zugesaget haben/ & in fine utriusque art. ult. Solches alles und iedes haben wir Römischer König den gedachten Thür Fürsten vor sich und im Namen des Heil. Römischen Reichs geredet/ versprochen: quæ in reliquis prioribus ubique omissa esse patiam est; hodie siquidem etiam monitorum, quæ ad Capitulationem Ferdinandi IV. & Leopoldi exhibita à Statibus esse

memi-

Capitulationes
referuntur ad
Recessus Imperii

13.
1555
meminimus, legitimè ratio habita fuerit, eas inter Recessus
computare minimè veremur.

IX. Constitutiones pacis Religiosz & profanz ad Re-
cessus ex eadem causa spectant, quod & ipsz in Comitiis
& Cæsariz statuumque consensu promulgatæ in vim legis
universalis hodiè observari debeat. Reichs-Abschied de ann.
1555. §. du solcher vorgezogener Berathschlagung: Reichs-
Abschied de Anno 1557. Und als der Chur Fürsten & seq.
R. A. de An. 1559. §. Die weil aber dasselbige: R. A. de Ann.
1566. §. Und nach dem dann. R. A. de Anno 1582. §. Wel-
che von wegen aller Chur Fürsten. Et R. A. zu Regensburg
de Anno 1594. §. Was dann wir: R. A. zu Regensburg de
Anno 1613. §. So seynd wir auch. Quod ipsum etiam in om-
nibus inde à tempore Ferdinandi I. conscriptis Capitulatio-
nibus cernere est, & in novissima Leopoldi Imperatoris artic.
2. ibi: den Frieden in Religion- und Profan-sachen/ den Lands-
Frieden, sampt der Handhabung derselben/ wie auf dem zu
Augsburg im Jahr 1555. gehaltenem Reichstag aufgerichtet
angenommen/ verabschiedet und verbessert/ auch in denen
darauf erfolgten Reichs-Abschieden wiederholet und confir-
miert worden. Et in Instrumento Pacis Cesareo Svecico art. 5. v. t.
ibi: Transactio Anno 1552. Passavii inita, & hanc Anno 1555. sequuta
pax Religionis prout ea anno 1556. Augusta Vindelicorum, & post in di-
versis Sacri Imperii Romani Comitiis universalibus confirmata fuit, in
omnibus suis Capitulis unanimi Imperatoris, Electorum, Principum ac
Statuum utrinque Religionis consensu initis, & conclusis, rata habeau-
tur, sancteque & inviolabiliter observatur. Transactio tamen il-
la Anni 1552 ante Annum 1555. quo à Statibus omnibus in
Comitiis probata fuit, Recessus Imperii dici nondum potuit,
urpote de qua inter Imperatorum solum & Mauritium Electro-
rem convenerit, non etiam status reliquos, quorum deinceps
deliberationes & conclusiones circa negotium hoc excepti
Recessus de Anno 1555. Ut rectissimè, & ex sententia Imperii
Recessus ac Instrumenti Pacis nobis scripsisse alicubi videatur
vir doctus, Mansisse Transactiōem passavensem intra terminos pri-

vata aliquis compositionis inter belligantes utriusque partes. Quare ea, que publicum Imperii statum concernebant, ad futura Comitia rejecta sunt. Nec Transactione hec nomen Constitutionis universalis sibi unquam arrogavit, aut Recessibus Imperii inserta est. Falluntur ergo qui in hac transactione Pacis Religiosa fundamentum querunt: cum illud posuit in Recessu Comitiorum Augustanorum Anno 1555. habitorum investigandum sit. Instrumentum pacis Cesareo-Svecicum, & Cesareo-Gallicum, & ipsa inter Recessus hodie Jure merito que referri, docet ultimus Recessus de Anno 1654. cuius partem facit præcipuam, & subscriptio ac approbatio statuum in Comitiis anni illius. Quo eodem jure censemur etiam, auctor Exequendi modus, & Recessus Executionis Norimbergens. De Ordinatione Cameræ, Ordinationibus quæ vocantur Policey-Ordnung, Nürnberg Ordnung des Regiments-Ordnung, & ejus generis aliis res etiam minus dubii habet.

Alius pro Recessum X. Distigui possunt in Recessus Comitiorum universalium, & particularium. Universalium Comitiorum illos dicimus, qui concipiuntur in Comitiis generalibus, ad quæ omnes status convocantur. De quibus integræ tractatu fere agit Arumæus, Bertram, Schützzius Disputat. tom. I Limnaeus lib. 9. cap. 1. & in additionum tomis duobus. Particularia, quæ concipiuntur in Comitiis, ubi non omnes Imperii Status, sed eorum duntaxat aliqui convenientiunt, qui vicem tamen omnium sustineant. Tales sunt Recessus, qui continent conclusa in Comitiis Deputatorum Deputations-Tagen ab sub nomine Abschiede der Deputations-Tagen in Recessibus Imperii leguntur. Ceterum de Comitiis his multa admonere disputationis modus & temporis ratio non permittit. Videatur de iis Recessus Augustanus de Anno 1555. §. so sich dann als hermals: & Decretum Augustanum de anno 159. §. Auf daß dann disstals: Recessus Spirensis de anno 1570. §. Und dar ist: Art. 5. Instrumenti pacis vers 18. Reichs-Abschied zu Regensburg / de anno 1654. §. Und dieweil ic. Speidelius in Speculo, Befoldus in Thesauro practico, & Wehnerus in Observ. pract. voce Deputations-Tag/Lampadius de Republica Rom. German. cap. 8. nnn. 18.

15.

num. 18. Paupermeisterus de jurisdictione Imperii Germanici lib. 2. n. 115.
usque ad 120. Arumæus de Comitiis lib. 1. cap. 2 n. 32. & seqq. Lim-
næus lib. 9. cap. 1. num. 233. & seqq. & ibi 109. 2. addit.

XI. Atque his collatis patet, primam anno 1555. origi-
nem debere hos conventus, id:ò, ut poscente negotiorum
variorum mole & gravitate, opem Imperii expeditorem
quām ut Comitiorum universalū conventus exspectari que-
at, à Cæsare & Ordinibus delecti Deputati, (quorum perso-
nalia circa initia erāt, nunc in hæredes successoria sunt officia)
evocati Francofurtum regulariter, loco Imperatoris à Mo-
guntino Electore, de his negotiis deliberent, ut postquam
convenerunt in unam sententiam, Recessus Deputationis in
Imperio publicetur. Causæ ordinariæ esse consueverunt,
si graves adeò motus in Imperio orientur, quibus compe-
scendis vires unius trium vel quinque circulorum non suffi-
ciant. Consueverunt enim tunc Capitanei hujusmodi
Circulorum, si opus esse censeant universorum Circulorum
subsidio, cum Legatis & Adjunctis ejus rei Electorem Mo-
guntinum admonere. Aliquando tamen extra ordinem
ex Imperii Comitiis negotia quādam eo remittuntur, quod
nuperim factum docet Recessus Imperii de anno 1654. §.
den zweyten Punct unsere Råys Proposition, in fine & init. §.
seqq. Deputati an. 1555. erant, Legatus Cæsareus, sex reliqui
præter Bohemiæ Regem Electores, Ferdinandus Austriacus,
Melchior Würtzburghensis, Wilhelmus Monasteriensis Epi-
scopi Albertus Bavariae Dux; ex prælatis Gerwigius Abbas
Weingartenensis & Ochsenhusanu; ex Comitum & Baronum
Ordine, Fridericus Comes Fürstenbergensis; ex liberis Imperii
Civitatibus Colonia & Norimberga. His an. 1559 quo & hære-
ditarium factum hoc munus est, Dux Juliænsis & Landgra-
vius Hassia, Anno 1570. Constantiensis Episcopus, Dux Bur-
gundiæ, Julius Brunsvicensis, Johanes Fridricus Pomeraniæ,
Duces acceſſere. Atque nuper anno 1654. ut docet Recessus
etiam Princeps Saxo-Altenburgicus, Brandenburgensis lineæ
Culmbacenfis, Würtembergicus ac Mecklenburgicus unus

B 3

ex

j6.

ex Comitibus Wetteravicis, & Civitates, Aquisgranum, U-
berlinga Argentoratum, & Ratispona additi. Modus tra-
ctandi idem qui in Comitiis universalibus. Paurmeisterus
suo tempore observatum ait, ut universi in duas classes disce-
derent Electorum ac Principum, ac ut in singulis classibus
singuli virium sententiam dicerent. Ut autem aliquid sta-
tuantur, necesse esse convenire secum & cum Legato Im-
peratoris duas hasce classes ibi existimat. At nostrâ ^{etate}
non leviter ea de re disceptatum est, dum Electores distictio-
nem hanc sux classis in Comitiis Deputatorum etiam dein-
ceps observare ac separato Collegio agere nituntur, Princi-
pibus hoc impugnantibns, quâ de re vide Limnæum pluri-
ma tractantem tom. 2. addit. lib. 9. cap. 1. ad num. 239. & Speidelii-
um voce Deputations-Tage in fine, Res nondum composita,
sed in Comitia alia rejecta est. Interim Decreta Deputatio-
nis Conventus, die Abschiede der Reichs-Deputation, ean-
dem cum aliis Imperii Recessibus autoritatem habent: Re-
cess. Imperii de An. 1594. §. was und so viel aber dieselbige seyn/
Arumæus de Comitiis cap. 2. n. 33. Limnæus de jure publico lib. 9.
cap. 1. n. 239.

*Lecroy Visita
tionis*

XII. Locus quoque inter Imperii Recessus est Reces-
sus Visitacionum, den Visitations-Abschieden. Et illi e-
nim sunt in Conventu Imperatoris, & statuum nonnullo-
rum Deputatorum. De quo vide Ordinat. Cam. p. 1. art. 50.
¶ Neues Concept. der Cammergerichts-Ordnung ic. part. 1.
art. 64. Arumæum de Comitiis cap. 2. n. 48. Denaisium voce vi-
satio Camera Casparum Wilhelmum Scipionem in traditis è
Manuscripto celeberrimi cuiusdam Assessoris Cameræ in
Methodo Juris Cameralis dictâ voce. Et extat inter Recessus
Imperii hujusmodi Recessus Visitacionis de anno 1531. Inci-
pit von Gortes Gnaden vor Marquart vom Stein ic.
& de anno 1535. Quamvis autem satis longo tempore & inde
ab anno 1582. impeditis hisce conventibus (ut ex ipso Imp. Re-
cessu de anno 1654. §. Nachdem nun die alten Revisions-
Sachen / constat) nulli fuerint conscripti tales Recessus;
attamen

(15.) 20

17

attamen ex eodem §. spem maximam, fore ut brevi restitu-
endi sint, concipere licet; imprimis cum impedimenta, quæ
haec tenus obicem posuerunt, remota esse per Instrumentum
Pacis dicantur, eodem Recess. §. 122. wie man die überhau-
te Revisiones zu erledigen / c. & quod jam de extraordinariis
Revisionibus cautum sit, dict. Recessu. §. 124. & nominati Re-
visores in Schemate Subiecto Recessui, ubi in §. classes divi-
duntur, Haec tenus tamen nullam insecuram vel extraordi-
nariam visitationem, nedum Recessum Visitationis post Re-
cessum anni 1654, satis certi sumus. Miserant quidem secun-
dum dispositionem §. damit dann auch anno 1654. suos Com-
missarios Episcopos Ratisponensis, & Princeps Megapolita-
nus; sed cum reliquorum statuum, qui primam Visitatorum
classem constituunt, nemo adesset, & ipsi re infecta discesser-
tu, tacaremus adeò satis longo tempore hujusmodi Recessu.

XIII. Distingui Recessus quoq[ue] possunt in Primarios, ^{in primis Recessus}
& Secundarios. Ut enim Abschied / vid. Limu. tom. 1. annos. in primarios &
ad cap. 1. lib. q. n. 223. Concipi solent posterioris generis Reces-
sus, quando in Imperii Comitiis concluduntur quædam, quæ
in typis excuso Exemplari, propter certas causas tempore
promulgati Recessus ab omnibus adhuc legi nolunt Imperii
Status, aut alius ex causis, & servandi traduntur, Moguntini
Electoris Archivo. Extat ejus Exemplum in Comitiis Ra-
tisponensibus in causa subsidii Turcici anno 1541. & und
nachdem wir sampt Chur- Fürsten &c. ibi mit Chur- Fürsten/
Fürsten und gemeinen Ständen verglichen in entschlossen/
wie solches in einer sondern Schrift/ neben diesem Abschied
ausgerichtet eigentlich begriffen ist. Et anno 1555. cuius se-
cundarii Recessus, hæc initialia verba sunt: die hernach ge-
schriebene Art, so durch die Röm. R. Maj. Unsern allergnädigsten
Herrn mit Chur- Fürsten/ Fürsten und gemeinen Ständen
des Rs. auf der abwesenden Räthe/ Botschaffen in Ge-
sandten iezo auf dem Reichstag albie zu Augspurg abgehans-
det / sollen bey der Mäintzischen Cangley verwahrlich bes-
halten werden/dieweiln sie im Abschied ausgelassen worden:
Hodie

Hodiè in ultima Editione Recessuum Imperii Moguntini anni 1660, legitur hic Recessus secundarius in prioribus Editionibus omissus p. 655. Atque hujusmodi quid iterum in Comitiis Ratisponensibus factum d. l. monet Lymnæus. Goldastus in Præfat. ad tom. 2. Collectionis sua Recessuum. Leges has Imperii, quos Recessus dicimus, ex materia, de qua agunt, patitur, in æternas, mutabiles, & mixtas. Ad æternas refert Constitutiones de rebus ad Religionem spælanibus, de Blasphemis, Anabaptistis &c. agentes. Mutabiles, quas iterum varie distinguunt, vocat Constitutiones de adquirendo re-
vñ Dominio, de contractibus & Obligationibus, quæ contra cibitatem, luxum, vestitum, Ujuras, Monopolia faneita, de Jure Electionis in Imperio, de pacis Electi Imperatoris, de Regalibus Imperii, de pace publica, de Judicio Imperiali, de Camera, de Jure Successionis, de Jurisdictione Statuum Imperii, de Tributis & Decimis, de Moneta, de Telenis, de Mensuris & ponderibus, & id genus aliis agunt, que pro locorum atque temporum mutabilis ratione, homines sunt, mutari & ipse consueverunt. Tertium genus, Constitutionum mixtarum, xiiis efficit, quæ partim eterna existimantur, quatenus de rebus Divinis precipiunt, pariter mutabiles, cum de Rebus moralibus & civilibus constituum, cuius ex veteri & novo multa exempla subjicit, & moribus nostris nonnullos ejus generis Recessus haberi ait, qua de re ipse pluribus dicto loco consuli potest.

*Carissimi
en. Lectionum*

XIV. Autores Decretorum hujusmodi, non Imperatores soli, sed cum ipsis Electores, Principes, ac Status alii sunt. Instrumento Pacis Cæsareo - Suecico art. 8. vers. 1. 2. 3. & 4. ista leguntur: Electores, Principes & Status Imperii gaudemus sine contradictione Jure Suffragi in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii, præfertim ubi leges ferendæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitationes militum instituenda, nova munimenta intra Statuum ditiones extruenda nomine publico, veteravi firmanda præsidii, nec non ubi pax aut fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia per agenda fuerint, nihil horum aut quicquam simile post hoc unquam fiat, aut admittatur, nisi de Comitiali liberoq; omnium Imperii Statuum Suffragio & Consensu, & iversu habeantur 3. ibi, ex communis

Statuum consensu agatur & statuatur, adde versl. 4. ibi; Tam in unis
 versalibus verò quam in particularibus dietis, liberis Imperii Civita-
 tibus non minus quam ceteris Statibus Imperii competat votum Deci-
 suum Capitulatio Leopoldi I. artic. 1. ibi: Desiglichen sol-
 len und wollen wir auch andere des Heiligen Reichs
 Ordnungen und Gesetz so wol die dem obgemelten ange-
 nommenen Reichs Abschied im 1551. Jahr zu Augspurg
 aufgerichtet und mehr erwehntem Frieden Schluss nicht
 zu wider seyn confirmiren, erneuern und dieselbe mit Rath un
 Consens unser und des H. Reichs Chur Fürsten, Fürsten und
 andere Stände wie das des Reichs Gelegenheit erfordern
 wird / bessern. Unde passim in Imper. Recessibus legere est
 eos conditos ab Imperatore & Statibus. Ita enim Maximili-
 iani I. Röm. Königl. Majestäts Ordnung über die Wein/
 de Anno 1497. ibi: sunt unser des Reichs Chur Fürsten, Für-
 sten, Ständen und gemeine Versammlung auf dem Reichs-
 tag allhier zu Greyburg gesetzte und geordnete conf. Ordinat.
 Regimenti de Anno 1500. in princ. Mit Rath und Zus-
 thun gemeiner des Heil. Reichs Ständen R. A. zu Speyr/ de
 A. 10. §. weiters nach dem auch: Reichs Abschied zu Speyr/
 Anni 1529. tit. Constitution wieder die Wiedertäuffer / §.
 und wir Culhrfürsten, Fürsten / c. ubi ista leguntur ipsorum
 statuum verba: Mit unserm guten Wissen/ Willen und Rath
 fürgenommen und beschlossen seyn/verwilligen auch diesel-
 be hiemit / c. ac alibi: mit der Stände ermessen und Bewi-
 ligung/ Recessus Augustanus Anni 1559. §. Damit dann hin-
 führo im Heil. Reich / & multis aliis. Unde Recessus hos
 rectius Imperiales Reichs Abschiede/ quomodo etiam passim
 nominantur, quam Imperatorias leges appellari, post Mat-
 thiam Stephani, monet Magnificus DN. Reinkingh. de Reg.
 Sec. & Eccles. hb. 2. class. 2. cap. 5 n. 37. Atque tales etiam in i-
 psis Recessibus dicuntur. Unde in Recessu anni 1564. §. haben
 sie in fine, ista, unser und der Stände Abschied; & in Recessu
 anni 1567. §. aber doch da sie sich illa verba, unser und des
 Heil. Reichs Constitutionen, leguntur. Idque sapè alias

C

etiam,

etiam, & extra Comitia, ipsi Imperatores per suos agnovere. Ferdinandus II. enim glorioſiſſimꝫ memoriꝫ Imperator, Legatis Circuli Franconici Anno 1629. 28. Auguſti respondit: Es erinnern ſich Ihre Rāys. Majest. daß in dem einige Sachen/da man neue Geſetze und Conſtitutiones auſtrichten wolle/ deme im Reich herkommen nach/ſolches auf geſmeinen Reichs-Verſammlungen conſtituit werden follt. Et jūſſu ejusdem Imperatoris ad literas Elecotoris Saxonici datas 28. April. Anni 1629. responderunt Conſiliarii Aulicis: Neue Geſetze können Ihre Majestät nicht machen ohne Conſens der ſämtlichen Reichs-Ständen: ut quidem verba recenſet Thomas Manlius, in Epiftola, Icomiſmo Aquilae Romanæ annexa. Unde Vir Jurispublici peritiſſimus Tobias Paummeſterus, Cancellarius Halberſtatensis, de Jurisdict. Imperii Romani lib. 2. cap. 2. n. 52. p. 470. edit. 2. Certum eſt, ait, cauſam efficientem Decretorum Comitrialium non unicaꝫ & abſolutaꝫ eſſe Cesaris voluntatem, ſed ejusdem & Ordinum in idem Placitum Conſensum, in eoz Ordines tam Ecclesiastici, quam Politici omnes conſentunt. Autor Autonomiæ Franciscus Burchardus, Cancellarius quondam Archi-Epifcopi & Elecotoris Colonensis, qui mul-
tum ac diuturnum earum rerum uſum habuit (Author, Parthenii litigiosi, eum vocat Andream Eſtenberger lib. 1. cap. 6. n. 9.) tam causam efficientem, quam formam, & ordinem, in ferendis Decretis Imperii, his verbis exactè deſcribit: Daſß der Puncꝫ davon deliberire werden follt / propoſiert / berathſchlaget / referirt / correferirt / und durch die ier-
nigen denen es gebühret / Reichs-Sagungen zu machen / daſß iſt durch die Rāys und Königl. Majest. auch Thür Fürſten / Fürſten und Stände des Reichs verabſchiedet werde. conſer Reinkingh. de Reg. Sec. & Eccl. libr. 2. claff. 2. cap. 5. n. 56. & ſeqq. Carpz. de lege Regia cap. 3. ſect. 1. nuperrimē Herm. Hermes in fascic. Jurispublici c. 36. n. 78.

XV. Imperator ergo cum Statibus condit Recesſus. Aliquando tamen etiam Rex Romanorum, Imperato-
ris & ſuo nomine his partibus defungitur vid. Receff. Impe-

20(19.)²¹

ii Norimbergensem de An. 1542. in princ. ibi: In Tainen der
Röm. Räys. Majest. und für uns selbst: cuius aliquot sunt
inter Imperii Recessus Exempla. Videat, qui dubitat, Friderici
III. Reformationem de An. 1442. Quamvis enim typogra-
phus, editor Recessum Imperii, in Inscriptione eum Impe-
ratorem appelle, id frustra fieri tamen, illo adhuc tempore,
cum ex ipso Recessu, tum Historia satis apparet, quibus
docemur, eum nondum desuisse ea aetate esse Regem Roma-
norum. Eadem Ratio est Recessum tempore Ferdinandi I.
Regis Romanorum adhuc conditorum, vid. R. A. zu Speyr/
de An. 1542. & R. A. zu Norimberg/de Anno 1542. Sed & ali-
quando, si Imperator, vel absit, vel aliis negotiis ipse impeditat-
tur interesse Comitiis. Vicarius ipsius cum Statibus Imperii
Recessus condit. Ita Henricus Septimus, cum Italianam pe-
teret, coronationis ergo, Filium Johannem, Bohemiam Regem
Vicarium esse voluit. Dubravius lib. 20. in princ. qui & Comi-
tia Norimbergæ indixit, in quibus Imperatori adversus Ro-
bertum Regem Neapolitanum suppetar decretar fuerunt,
Dubravius d. l. Ubi Recessum ipse & status condidere. Et
per Ferdinandum, Infante Hispaniæ, nondum Regem Ro-
manorum, sed Vicarium, Statthalter/ ut habent verba textus
Germanici cum Statibus Imperii, Recessus conditi sunt:
vid. Abschied des Reichstags zu Augspurg/ An. 1525. Aliquan-
do nomine Imperatoris plures Vicarii, & Status, ut in
R. A. zu Speyr / An. 1526, ubi Ferdinand. I. Princeps adhuc
& Infans Hispaniæ, cum Philippo Marchione Badensi, Bern-
hardo Episcopo Tridentino, Casimiro Marchione Branden-
burgico, Erico Brunsicensi, omnibus Vicariis, verordneten
und Gervalthabenden Statthaltern im Römischen Reich/
ut in ipso Recessu vocantur. Quod & factum in Recessu
Spirensi de Anno 1527. ubi itidem invenire est plures vica-
rios, cum Statibus Imperii Recessus authores. Inter-
dum Vicarius Imperatoris, & Consiliarii Regimen-
ti cum Statibus, Räys. Majestät Stadthalter/ und die
verordnete Räthe des Räyserl. Regimenis im Reich:

ut in Comitiis Eslinge Anno 1526. habitis, ubi Philippus Mar-
chio Badensis Imperii Vicarius, cum illis quos diximus, &
in Comitiis Ratisponensibus sequentis anni, ubi Wolfgang-
gus Comes Montfortius, cum iisdem, Recessum condidit.
Aliquando Commissarii Imperatoris, Rex Romanorum
& Status, vid. init. V. A. zu Nörrimberg / de Anno 1542. &
V. A. de An. 1543. nuperrimè primum typis descriptum in
postrema Editione, cum in reliquis desuisset haec tenus, ibi:
als wir und die Räyserl. Commissarien zu dem nebst zu
Speyr (Nörrimberg) gehaltenen Reichstage verordnet/
und im Nahmen/ und an statt der Röm. Räyse Majest.
und für uns selbst/ mit Chur. Fürsten/ Fürsten und Standen/
auch der Abwesenden Botschaften verglichen ic. Ali-
quando Commissarii Regis Romanorum & Statuum,
haec partes tuisse leguntur; ut in Recessu Imperii Wormati-
ensi contra Anabaptistas Monasterienses: quem nuperrima
Editio, in reliquis anterioribus omissum restituit; ubi Hans
Friederich von Landeck / & Claudio Canicula Doctor, Fer-
dinandi Regis Romanorum Consiliarii, verordnete Räthe/
de rebus, quæ ibi leguntur, constituant.

*Nun Vicarii
Recessus per
gare possint*

XVI. Illud ut à nemine haec tenus quæ situm memini-
mus, ita quari ex facto posse minimè dubium est. An de-
functo Imperatore, quo tempore penes Imperii Vicarios, Co-
mitem Palatinum & Electorem Saxonum, Imperii vacantis
administratio est, & hi Recessus cum statibus condant? Non
extat quidem hujus rei in Collectione Recessuum Goldasti,
vel in receptissima Editione Moguntina, etiam recentiori.
Exemplum. Si casus tamen eveniat, ubi id usus & necessi-
tas Reipublicæ Germanicæ postulet, minimè dubitamus,
Vicarios hosce una cum Statibus Imperii, Leges Universa-
les illo tempore, & Recessus condere posse. Neque enim
à Republica, qualis etiam illo tempore est Germania, abef-
se possunt jura. Majestatis, & inter ea, potestas leges ferendi;
quam si sublatam aut delatam in tempus electi Imperatoris
aliquis velit, is jam Anarchiam non Rempublicam eo tem-
pore Germaniæ ineptè statuet. Vel ergo hæc potestas eo tem-
pore

(21) 23

pore est penes status reliquos solum, vel penes status reliquos
& Vicarios. At Vicariorum jura, quæ alioquin habet, augen-
tur, non minuantur Dignitate hac, ut causa nulla sit qua-
re ideo illis quod Vicarii sint, suâ sententiâ aliquis adimere
velit, quod habent etiam ante. Sane, *quoties sacrum vacare*
contingat Imperium, ipsi sunt provisores Imperii, ex ipsis Bullæ Au-
rea verbis Art. V. Unde generalis & recepta inter Jurispu-
blici Doctores, regula est. Omnia ipsis posse illo tempore,
quæ potest Imperator, & peculiariter excepta non inveniu-
tur, per text. d. Bullæ Aureæ cap. 5. ibi: fendi Principum dan-
taxas exceptis. Schraderus de fendi part. 10. sect. 3. n. 175. Martinus
Magerus à Schonberg de Advocatia armata. c. 9. n. 712. Buxtorff
dissert. ad Bullam Auream, concl. 71. ubi plures adducit, Schütz
in Coll. de Statu Rei Romana, vol. I. diss. 5. th. 12. ubi Martam
Neapolitanum, & Matthiam Stephani pro hac sententia no-
nimat, Huldericus Lyben/ qui Schützii argumenta contra
Limnæum satis accuratè tuetur vol. 2. Collegii Schütziani diss.
10. th. 2. p. 588. & seqq. Dietericus ad eandem, cap. 5. ad verba
judicia exercendi; Rumelin. ad Bullam Auream part. I. dissert. 4.
th. 15. quicquid in adversum differat parum solidè Limnæus,
Jurispublici lib. 3. cap. 12. n. 81. & seqq. ibique in addit. tom. 1. & 2.
& ad art. 3. Capitul. Caroli V. ad verba Pfalz und Sachsen. Ad-
de, quod Thomas Michael de Jurisd. concl. 29. quem sequi-
tur Dn. Schützii d. l. majorem illis autoritatem tribuunt,
quam Vicariis ab Imperatore constitutis, ideo quod hi Vicarii
non Imperatoris sint Vicarii, sed Imperii, id est, potestatem
habeant ab Imperio & in loco Imperatoris collocati sint. Im-
peratoris autem Vicarios cum Statibus Imperii condidisse
Recessus aliquando non dubitabit, qui quæ thesi præceden-
ti scripsimus, legerit.

XVII. Quid? quod Comitia habenda sunt, ut ex prin-
cipiis Politicis patet, quoties id publica utilitas aut necessi-
tas postulaverit. Quod in Imperio nostro, disertè ita, &
his verbis, constitutum Instrumento Pacis Cæsareo Svecico
art. 8. vers. Habeantur autem Comitia, &c. Ergò & Reces-
sus

2A.

fus & leges universales toties condenda, qui Comitiorum finis est. Evenire autem tempore administrationis Vicariorum ea possunt, quæ id utile esse, vel necessarium suadeant. Nec absurdè argumentatus fuerit, qui dikerit, eos, qui ad Comitia alios Status illo tempore evocant, partem in compositione Recessus sibi merito vindicare. Evocant autem Vicarii, quod pluribus ostendit Aruanus de Comitiis cap. 3. n. 53. & seqq. Dissentire interim ab hac sententia necessum habent, qui cum Limnæo nihil Vicariis tribuant, nisi quod specialiter in cap. 5. Bullæ Aureæ enumeratur. Quod tamen assertum, communī Doctorum Jurispublici consensu improbari, monstravimus.

In Comitiis
et Colegia
electori.

XVIII. Imperator ergo, vel Rex Romanorum, aut Vicarius, unus, vel plures Imperatoris, aut Commissarii Regis Romanorum, aut Vicarii tempore yacantis Imperii, ut ante ostendimus, cum Imperii Statibus, Recessus Generales condunt. Imperii autem Status in tres Classes in Generalibus his Comitiis distingvuntur. Prima est Electorum, 2. Principum, 3. Civitatum. Olim nonnisi in duas Classes separati sententias suas conferebant. At postmodum Anno 1489, tempore Friderici I. Imperatoris, & Regis Maximiliani, in Comitiis Francofurtensisbus factum est, ut peculiari, & distincta à Principibus Classe, in Comitiis agerent Electores. Quæ prima Origo est Classis Electoralis: vid. Lehmann. in Chron. Spirens lib. 7. cap. 12. p. 997. Limnæum tom. 1. addit. ad lib. 9. cap. 1. n. 132. Confer Scriptum Principum Augustane Confessionis anno 1654. die 2. Novembr. exhibitum Collegio Electorali, quod extat apud Limnæum tom. 2. addit. ad dict. cap. numm. 239. ubi tamen, fortassis propter numeri rotunditatem, nominatur annus 1490. In hoc Collegio Electores viritim suffragia, ineunt, Paupermeister. de Juri. Imp. Rom. lib. 2. cap. 2. cum reliquis. Secunda Classis, Principum est, quo nomine hic non primi gradus Nobilitatis homines tantum, Cesare nimis solo inferiores, Pralatis vero Comitibus & Baronibus eminentiores, sed exceptis Electoribus, Principes omnes, tam Politici

(23.)

25.

Politici quam Ecclesiastici, Prælati, Comites, & Barones Im-
mediati, comprehenduntur: ut recte explicat Paurmeister.
d.l.n.22. In hoc Senatu autem, alia Principum proprie sic
dictorum, alia Prælatorum, Comitum & Baronum, ferendi
suffragii est ratio. Ex Ecclesiasticis Statibus, Episcopi o-
mnes, singularum sententiarum jus habent; nisi plures for-
tasse Episcopatus uni habere concessum sit: tum enim,
etiam plura vota ei competitunt, quod patet ex Recessus An-
ni 1654. subscriptione, ubi Leopoldi Wilhelmi Archi-Ducis
nomine, ratione administrationis Ordinis Teutonici, & di-
verorum Episcopatuū, Argentoratenfis, Passaviensis, admini-
strationis Murbacensis & Luderensis, quater subscripsere ejus
Legati. Accedunt ex Veteri Prælatorū Ordine, Magistri Ordinū
Equitum Teutonicorū ac sive Marianorū divo Johanni sa-
cerorū, Abbas Fuldensis, Hirschfeldensis, Campidunensis, Mur-
bacensis, Corbejenfis, Prumenfis, Stabulensis; Præpositi Elwan-
gensis & Berchitelsgadensis, Principum Politicorum familiæ,
quædā unum solum, quædā respectu diversarum Linearum,
duo, tria, vel quatuor vota habent, ceu id patet ex Recessuum,
in primis ultimi de An. 1654. subscriptionibꝫ Ita Ducibus Lu-
næburgensisbus hodiè concedi quatuor vota docet Hermann-
nus Contingius in Manuscriptis notis ad Lampadium, *de*
Republ. Rom. Germ. cap. 5. n. 16. ubi duo saltem vota illis tribu-
untur. Confer subscriptionem Recessus ultimi. Cæterum de
Prælatis, Comitibus & Baronibus, quod Principes illi num-
rò longè superent, ideoque sententiarum multitudine uni-
versæ Classis jus ad se tracturi sint vix, jam olim receptum
est ut præter Principes Ecclesiasticos, etiam qui illis accen-
sentur ex Prælatis, omnes, viritim; Prælati verò & Comites
cæteri curitatim sententias dicant, hoc discrimine, ut Præ-
latorum Curia, hodiè duorum, Comitum verò ac Baronum
(in tribus hodiè quatuor, Suevicam, Wetteravicam, West-
phalicam, Saxoniam Inferiorem disiectas) quatuor suffragia
ferendi jus habeat. Scimus quidem Prælatis unum vorum
saltem tribuere Paurmeisterum, sape dicto loco *n. 25.* & Weh-
ner

ner in Observat. Practicis verbo Reichstag. pag. 55. quod in tom. 1. addit. ad lib. 9. cap. 1. (edito Anno 1650) n. 143. moribus & praxi etiam convenire notat Limnæus, ac priorem suam, qua duo ipsis vota tribuerat, sententiam corrigit. Nec ignoramus à Paurmeistero, Wehnero, Lehmanno, accuratissimis alioquin Scriptoribus & antiquis Jurispublici autoribus omnibus, duo tantum vota tribui Comitibus & Baronibus. Sed in Comitiis Ratisponensibus Anni 1641. ipsi Prælati rem hanc accuratius exposuerunt, & cum primum singulis Prælati, singula vota competenter, aucto ita eorum numero, ut Principes votis superare possent, eo rem reductam, ut duo tantum illis relicta fuerint, clare ostenderunt, ut d. l. Limnæus observat, & in Comitiis Ratisponensibus, id illis denuò concessum, ut in tom. 2. addit. ad num. 143. l. 9. c. 1. Limnæus seipsum rectè corrigit. Confer authore Comitiologiae Ratisponensis, qui est Gottlieb vom Hagen. pars. 3. pag. 146. Lehmannum in Chronico Spirensi lib. 7. cap. 124. pag. 1016. Atque in iisdem Comitiis, Westphalicis, & Saxonæ Inferioris Comitibus & Baronibus, duo alia vota concessa sunt: quæ si accedant ad priora duo, Comitum Suevorum & Wetteravicum, quatuor efficiunt. vid. auctore Comitiologiae Ratisponensibus dict. pars. 3. pag. 146. & seq. & Limnæum tom. 2. addit. d. l.

XIX. Occupabant Principes hi olim duo Scamna, unum Ecclesiastici, alterum Politici, Lehmann, d. l. post alios. Accessit hodiè tertium, transverbum scamnum, inter priora intermedium, quod Principes Ecclesiastici Augustanæ Confessionis occupant, Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico art. 5. vers. de tñnis Principium Ecclesiasticorum cuius elegans Schema ex Comitiis anni 1654. exhibet autor Comitiologia p. 144. sub inscriptione Schema der Session im Fürsten Rath. Civitates tertiam classem constitut, quibus hodiè nemo temerè, cum Althusio Polit. c. 33 n. 70. votum decisivum negaverit, post textus clarissimos, art. 8. Instrumenti Pacis §. Tam in universalibus & art. 5. v. 11. ibi: appellatione Statuum Imperii ubique indubitate continen-

(25.) 20

tinentur. Et hæ viritim sententias dicunt. Quod vero scribit Limnaeus Juris publici lib. 9. cap. 1. n. 151. Civitates omnes saltem jus duorum suffragiorum obtinere, respectu totius Imperii Corporis quamvis Civitatum singula, in hoc Senatu sententiam suam dicant, id à veritate plurimum discedere in dubitatum est: Conf. Lampodium de Republ. Rom. Germ. c. 8. de Comit. Imp. n. 11. & ibi Conringium in notis manuscriptis, Wehnerum in Observ. voce Reichstag. Paurmefst. d. l. Lehman, d. lib. 7. c. 24. p. 102. Ex his classibus, prima Electoralis, quid visum sit primario huic Collegio, Classi Principum communicat, quæ si consentiat, in eandem sententiam, mox etiam ad Classem Civitatum perfertur negotium, & quid de eo utrique Collegio visum sit. Sin in diversa abeant, agitur res mutuis relationibus & irrelationibus, donec vel de consensu appareat unanimi Classium, vel saltem duarum inter eas. Quod Statuum placitum ubi innotuit legitima relatione Imperatori, is vel consentit vel dissentit. Si consentiat, legitimè componi Imperii legem & recessum controversia vacat, vid. Paurmefster. d. l. Wehnerum voce Reichstag. Lehmannum loco allegato.

XX At si dissentiant Imperator & Ordines, quid Juris sit? *Quid oblineat?* *R. dissentiant?* *Imperator est alius.* disceptari potest. Ex plenitudine potestatis Imperatorem posse statuere quod velit, non pauci judicant: ita autor der nothwendigen Erinnerung fol. 61. & passim, qui id pluribus ostendere nititur, etiam ex Recessibus Imperii, Arumaus de Comitiis cap. 8. n. 84. ubi Paurmefsteri argumentis in adversum respondere tentat. Reinkingh. lib. 2. Class. 2. cap. 5. n. 45. Prolixè Joh. Heinricus Stamlerus, Tract. de Reservatis Imperatoris §. 31. & seqq. In eamque sententiam etiam Springerum & Befoldum consentire monet Magnificus DN. Mylerus in addit. ad Rumelinum part. 2. dissert. 3. lib. 10. Alii tum nihil actum esse existimant. Wehnerus d. voce Reichstag. Paurmefsterus prolixè de jurisdic. lib. 2. cap. 2. num. 63. & multis sequentibus, ubi argumenta autoris der nothwendigen Erinnerung confutat. Goldast, in Replica pro Imperio contra

D

tra

tra Gretlerum cap. ii p. 105. Lampadius de Rep. Rom. Germ. cap. 8. de Comitiis n. 14. Carpzovius ad Legem Regiam Germanorum cap. 5. sect. 1. n. 19. & 20. Bertram. de Comitiis thes. 74. Daniel Otto in Dissertatione de jure publico c. 13. Alii dissentiente etiam Imperatore ab Ordinibus concludi posse judicant. Quod An. 1524. Norimbergæ Factum ex Sleidani lib. 4. & Recessu de Anno 1524. Datauf so gereden: probare contendit Hyppolytus à Lapide, Dissertatione de Ratione Status part. 1. cap. 4. p. 75. & huic sententia subscriptibunt omnes qui Imperium nostrum Aristocraticum esse autuantur. Nos, Limnæi & Hermanni Hermes exemplo, rem gravem, Decisioni Imperatoris, Principum, & aliorum Statuum, potius cominitimus, quam ut de ea in prælens aliquid pronuntiandum esse censeamus. De Recessibus Deputationum & Visitacionum, nomine Imperii, illos, à Deputatis & Visitatoribus componi liquidum est.

*Objectio Recessorum
Imperiorum*

XXI. Agunt Recessus de variis, & quidem negotiis, quæ in deliberationem ante venerunt. Olim quidem, quid iis plerumque contineretur, eruditæ exposuit Lehman. lib. 2. Chron. Spirensis c. 39. ubi ex autoribus bona fidei & veteris ævi, quindecim causas publicorum conventuum, magnâ industria collegit: confer Arumæum de Comitiis cap. ult. in princ. Quid hodie in Comitis agatur, ac proinde Recessuum argumentum sit, exponit breviter his verbis Paurmeisterus lib. 2. c. 2. n. 29. n. 29. & seqq. Hodie sunt, ait, omnia, circa que politicam potestatem omnem versari diximus, legum nimis ferendarum, belli gerendi, fiederum percutiendorum, ac solverendorum, tributorum injungendorum, judiciorum exercendorum, rerum quoque Imperii alienationum cause: Ordinaria tamen ferme sunt Consultationis Comitialis capita: De firmando & constituenda pace & tranquillitate publica, tam in Civilibus quam Ecclesiasticis ac Religionis Negotiis; De legibus & Ordinatione Judicij Cameralis; De impositione Collectarum; De moderatione incolitarum penitentiarum; De monetis, de Matricula Imperiali redintegratione ac avulsis ab Imperio provinciis & ordinibus recuperandis, judicio vero in Comitiis perraro;

¶ non servato solenni Ordine, exercentur. Partia scribit Wehnarus s̄pē dicitā voce Reichstag. Addit piura Limnæus lib. 9, cap. 1. n. 158. & seq. Goldastus in prefat. ad tom. 2. Epistola Dedicatoria ad Christian. II. Ducem Saxoniae. At non aliunde melius præcipua capita eorum hauriri posse videntur, quam ex Instrumento Pacis, art. 8. §. Gaudemus &c. ubi Deliberationes de Nogotiis in Imperio esse dicuntur; de negotiis præcipue illis, ubi leges ferenda, vel interpretanda, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitationes militum instituenda, nova munimenta intra Statuum ditionis extruenda nomine publico, veterave firmanda presidiis, nec non ubi pax aut fædera facienda. Imprimis vero de Comitiis post Instrumentum Pacis habendis, disponitur, quod subjicio eod. art. 8. §. Habeantur autem Comitia Imperii &c. In proximis vero Comitiis emendentur in primis anteriorum convenientium defectus, ac tum quoque de electione Romanorum Regum, certâ constante Cesarea Capitulatione concipienda, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in bancum Imperii præter eum qui alias in Constitutionibus Imperii descripius est, tenendo, redintegrans Circulis renovandâ Matriculâ, reducendis Statibus exempli, moderatione & remissione Imperii Collectorum, Reformatione Politicæ & Justitiae, taxa Sportularum in Judicio Camerali, Ordinariis Deputatis, ad modum & utilitatem Republicæ ritè formandas, legitimo munere Directorum in Imperii Collegiis, & similibus negotiis, que hic expediri nequiverunt, ex communi Statuum consensu agatur & statuantur. Præcipue autem singulis Recessibus ea inseruntur, quorum antea facta in Propositione Imperioriâ, quæ deliberationes antecedit, mentio. Quamvis non semper omnia, diremptis sâpè Comitiis antequam de singulis convenient Status, conf. Proposit. 20. Junii An. 1653, in Comitiis propositam, quæ extat apud Autorem, Comitologiz part. 3. p. 98. cum Recessu Ratispon. An. 1654.

XXII. Formam substantialem Decretorum Comitialiū & Recessuum, mutuum tam Cæsaris quam Ordinū consensum esse, monet Paurmeister. r. de jurisdic. lib. 2. c. 2. n. 84. loco ante altero: Autor Autonomiz, qui ipsius Paurmeisteri judicio, res

D 2 Imperii

Roma Rec. J. M.
Confab.

28. 28

Imperii peritissimus fuit part. 3. c. 37. Hyppolitus à Lapide
 quinque requirit inter alia ad Imperii Recessus part. 1. cap. 6.
 sed. i. ut deliberatio non in aula Principis, sed in Consil-
 io Imperii instituatur, & quæ aguntur, ad acta & Proto-
 colla Imperii referantur. 2. Decretum non in Cæsarea vel
 Regia, sed Moguntinensi tanquam Sacri Imperii Romani
 Archi-Cancellaria (ut ipse loquitur) concipiatur. 3. Non
 solius Cæsaris sed junctum Cæsaris & ordinum nomine. 4.
 A Cancellaria Moguntina in mundum (ita barbarè loqui-
 tur) redigatur, & à Statibus præsentibus, absentium Le-
 gatis subscribatur. Porro 5. non à Cæsare modo sed certis
 Ordinibus omnium ordinum nomine signetur. Quæ, ipse,
 à Burchardo Autore Autonomiæ & Paurmeistero accepta,
 cum aliquatum mutilarit, è re erit, ipsa utriusque verba
 hic subjecere, ex Paurmeistero d. lib. 2. cap. 2. n. 52. pag.
 471. edit. secunde, sunt autem ista: Sic decet ac mori-
 bus receptum est, ut ejusmodi deliberationes non in Aula
 Principis, sed in consilio Imperii instituantur, & que a-
 guntur ad acta & protocolla Imperii referantur. Item ut
 conclusiones ejusmodi, declarationes, vel derogationes, non in
 Cæsarea vel Regia, sed Moguntinensi, tanquam Sacri Im-
 perii Romani Archi-Cancellaria concipientur. Item, Seylus
 Imperii habet, ut ejusmodi Decreta declarationes &
 derogationes, præcedente conventione Cæsaris & Ordinum
 factæ & non à solo Cæsare, communiter à Cæsare & Ordini-
 bus subscribantur & signentur; Usu quoque receptum est,
 ut super arduo ejusmodi pecto conclusum, & in Cancella-
 ria Moguntinensi conceptum, ante publicationem Ordini-
 bus prælegatur, & ab iisdem approbetur. Item Ordinibus
 omnibus describendum communicatur. Tandem à Can-
 cellaria Moguntina in mundum rediguntur, & à Statibus
 præsentibus & absentium Legatis subscribuntur. Porro per
 Cæsarem & nomine omnium Electorum per Moguntinum,

&

(29.) 281

¶ Palatinum, & duos Ecclesiasticos, & unum Politicum nomine omnium Principum, item per unum ex Pralatis & unum ex Comitibus, item unum ex liberarum Imperii Civitatum, nomine Pralatorum & Comitum & Civitatum signantur. Item duo Originalia, unum apud Cesarem, alterum apud Moguntinensem, tanquam Imperii Cancellarium deponuntur & adseruntur. Itemper Cesarem & Imperii Archi-Cancellarium judicio Camera exemplum mittitur, ut secundum ea processus decernant & judicent. Hac forma in proponendo, referendo, concludendo, praetegendo, subscribendo, & aliis requisitis non observata, alia scripta, Decreta, declarationes, non pro consultis & Decretis Imperii, sed scriptorum & actorum privatorum numero habentur. Quæ circa singulos actus hos Ceremoniæ, aut circumstantiæ leviores observari debeant, cum plures sint, & ad rei essentiam non pertineant, & regula certa comprehendendi facile nequeant, attingere supercedemus. Adeat, cui nonnulla eorum cognoscere animus est, Lehmann. in Chron. Spirens. dict. lib. 7. cap. 124. iii. Von der Supplication, Bath/desselben Processen Umfragen und Relationen & seqq. Von Beschlüssen und Abschieden eines Reichstages/ Arnum de Comitiis cap. 8. Wehnerum & Besoldum voce R. A. Limnaeum lib 9. cap 1. a. n. 128. Althus. Politorum cap. 33° prolixè (qui duo posteriores tamen aliquando in relatione ista labuntur. Autorem Comitiologiae Ratisponensis pag. 117 & seqq. qui sua, ut & reliqui, quæ alicujus pretii sunt, ferè ex Lehmanni relatione desumunt. Paurmeister. d.l. Burchardum in Autonomia. Quod si acutius illa cognoscere velit, is operam minimè luserit, si Christophori Lehmanni Acta Publica & Originalia, de pace Religionis, Francofurti anno 1633. tribus libris edita, evolvere voluerit. Reperiet enim ibi, luculentissimo in gravissima controversia Exemplo, quæ Relationum, Correlationum, omniumque adeo aetuum, qui præcedunt Recessum Imperii, & ad deliberationem vel con-

Modo scribend. L. prelegend. & iudicatosimis autor colligit.

Sed propositum. & de cibis. Eng.

XXIII. Quando tamen aliqua, ut fieri consuevit, in ista brevitate scribentium, plusculum lucis desiderare in Bruchardiana & Lehmanniana (unde sua reliqui ferè mutuantur) descriptione videntur, circa quædam etiam ætate nostra novi quid in Comitiis accidit; & omisssum inter plura alia etiam illud est, quod hodiè necessarium multi iudicant ut Recessus lingua Germanica conscribantur; & his pauca adjicere opera fuerit pretiū. Postquam convenerunt ergò Imperator, Rex Romanorum, &c. cum reliquis Statibus, Recessus conscriptio ad munus Electoris Moguntini pertinet, qui Decreta omnia Comitiorum, quæ publicè sciri interest, scripto comprehendì curat, per Cancellarium vel Secretarium. Initium ejus plerumque, ex verbis Literarum Imperialium, quibus convocantur Comitia, Narratio ex propositione, Expeditio ex Relationibus & Resolutionibus Imperatoris & Statuum peti consuevit, quæ singula, cum durante deliberatione accurate observari à Cancellario vel Secretario Moguntino soleant, sit inde, ut brevi exhibere Decreta Comitiorum scripto comprehensa queat. Inde formula Recessus prius in Senatu Electorum examinatur, antequam Deputatis Imperatoris & Statuum prælegatur: quod ita observatum Anno 1641 in Comitiis Ratisponensibus docet Limnæus tom. 1. addit. ad lib. 9. cap. 1. n. 195. ubi addit Senatui Electorum persuasum esse, id se habere præ reliquis Statibus præcipuum, das allein Churfürsten in ihrem Rath das Concept des Reichs Abschiedes abzulesen und zu überlegen gebühre/ solches aber dem Fürsten Rath nicht zu communiciren sey/ dann derselbe so wohl als der Reichs Stände Rath zu warten habe / bis ihm der Recess bey ð gewöhnlichen Deputation vorgelesen werde. Cui tamen sententia minimè standum esse existimavit Senatus Principum; qui quid eo de negotio iudicaverit, legere est apud Limnæum d. l. Post Examen hoc (quod omittit Lehmannus, & Scri-

Scriptores Jurispublici præter Limnæum reliqui omnes) proponit Cancellarius Moguntinus, ut deputenrur ex Statibus, quibus prælegatur Recessus, quomodo ab ipso conscriptus est, & si necessum sit, corrigatur, & emendetur. Nomina Deputatis dies, in loco Conventui Electorum destinato, atque etiam Imperatori indicatur, ut ex suis Consiliariis unum vel alterum interesse prælectioni jubeat. Electores singuli, unum vel duos, quorum tamen, (si plures uno sint) suffragia, unius voti duntaxat vim habeant, ; Principes Ecclesiastici tres, seculares totidem, civitates duos eo mittunt. Tum per partes Recessus prælegitur. I. Initium, dein Propositio, tum Conclusio, & de singulis vota rogantur Deputatorum. Qui si majoribus votis aliquid mutandum existimaverint, id mutatur; quod fieri quandoque exemplo ostendit Limnæus in notis ad n. 195. Si different, votum decisivum Imperatoris Commissariis tribuit Lehmann. & Autor Comitiologiz d.l. quibus potius fides adhibenda, quam Bertramo, cui negantem sententiam d. cap. i. lib. g. n. 194. tribuit Limnæus. Bis deinceps in Membrana, in Cancellaria, ut vocant, Electorali Moguntina. Recessus desribitur.

XXIV. Subscribitur postea Recessus. At subscriptio ^{Subscriptio Re-}
num hujusmodi nullæ certæ videntur in Imperio semper ^{cepsione} fuisse leges. Olim Recessibus Imperii Germanici subscri-
psisse etiam Reges exterios tradit Goldast. in prefat tom. 3. Re-
cessum Sacri Imperii Romani Tentonici, ad Jacobum Regem. Ne
longe abeam, inquit, Henricus II. Anglie Tua, Rex Serenissime,
Princeps, nomine Comitis Heribolensis, ut Imperii amicus interfuerit
corumque decreto, salvis Regnorum suorum privilegiis, subserpsit;
quod unde accepit nobis non constat. In vulgo Mogun-
tino Recessum Codice subscriptio omnis deest in Recessu Au-
gustano de Anno 1518. Norimbergensi Pacis publicæ de An. 1532.
Plures recenset Hypolithus à Treisbach, im Unvergreiflichen
Bedenken über etliche Fragen der Freyen Reichs-
Ritterschafft Stand und Session betreffend; sed pro iisdem
accipit

accipit constitutiones Imperatorias cum Recessibus Comitorum & Constitutionibus Imperii, quæ multum tamen differunt. Limnæus in Notis a. l. n. 208. addit Recessum, Ratisponensem de Anno 1546. sed ille ab Imperatore subscriptus est. Aliquando solus Imperator subscriptibit nomen solummodo proprium, non dignitatis, & subsignat, Recessum, ut videre est in R. A. zu Regensburg de An. 1546. Limnæus Recessum Wormatiensem de An. 1548. itidem à solo Imperatore subscriptum putat; sed labitur, ut ex collatione patet. Aliquando Imperator & Elector Moguntinus ut in Policey, Ordnung zu Augspurg/de Anno 1548 ubi illum inferiori loco subscriptissime & nomen simul dignitatis & officii addidisse, & quandoque præmississe illa; ad Mandatum Electi Imperatoris propium, observat Limnæus lib. 9. cap. 1. n. 202. Interdum cum Imperatore & Cancellario, etiam tertius, aliquando Vice-Cancellarius Udalricus Zafius, interdum Confiliariorum vel Secretariorum aliquis subscriptissime legitur, in eum finem, ut speciali mandato Caesaris, recognitionem & revisionem à se factam esse subscriptione sua testarentur: Kircherus de Officio & dignitate Cancellarii, lib. 4. cap. 3. n. 58. Quandoque cum Imperatore Vice-Cancellarius solus vel Secretariorum aliquis; Policey, Ordnung zu Frankfurt/A. 1577. R. A. zu Regensburg/de A. 1577. Sed & illud memorabile, quod Hieronymus Caninius in discursu ad Auream Bullam in Italia edito, postea Lutetia Parisiorum in Lingua Gallicam traducto Anno 1613. p. 85. scribit, à Carolo Magno, ad Carolum ferè IV. nullius ferè Civitatis Imperii Recessum subscriptione mentionem fieri.

XXV. Plerumque tamen Electorum & Statuum, qui aderant, nomina etiam accessisse controversia vacat. Quod ex collatione patescit: idque hodie solenne esse Limnæus monet, & facili experimento discere potest, qui Recessus perlustrare velit. Rex Bohemiæ tamen, jam inde à ducentis annis, non legitur subscriptissime Comitialibus Decretis, monente Goldasto in Tract. de Juribus & privilegiis Regni Bohemiae

hemie, lib. 4. cap. 5. n. 14. cuius rei ipsas rationes reddit i. ne
videantur à Germanis legem accipere. 2. Quod iidem fu-
erint Imperatores & Reges Bohemiz. Quarum postremam
ideo impugnat Carpzovius de lege Regia, cap. 5. sect. 9. n. 29.
quod duplice subscriptione uti potuerit eo casu Imperator
utsolent etiam alii Imperii Status. Olim nec illorum Sta-
tuum nomina subscribebantur, qui vel contra unum & alte-
rum caput Recessum protestati erant; vel in Recessum
non consenserant. Unde notat Arumæus Tractat. de Co-
mitiis cap. 8. n. 99. Correspondentes Evangelicos, ut vocaban-
tur, ea de re conquestos esse, ac asservuisse in Comitiis A. 1612.
Daz dergleichen im Heiligen Römischen Reich nicht
bald erfahren/ ja kein einig Exempel zu finden ist/ da
diejenigen Stände / welche etwa einen Abschied nicht
mit beliebet / dergestalt hätten darzu gezogen / oder
verbunden werden wöllen/ sendern da auch nur etwa
wenige Stände darwider protestirt, daß derselben
Sieglung und Subscription, denselben Abschieden gar
nicht nachgesetzt / auch in den Abschieden selbsten / diese
formalia der alten Deutschen Erbarkeit gemäß / ge-
braucht werden: Wir die Thürfürsten und Stände/
so diesen Abschied angenommen/ und bewilligt x. wie
in Jahren 1530. 1531. und andere mehr : Postea ta-
men aliter obtinuisse videtur, vid Recessum de Anno 1545.
& 1555. quibus adde Arumæus, d. 1. Subscribunt autem
non ipsi Status Imperii propria manu sua nomina, de quo
olim dubitabat Limnæus d. c. 1. lib. 9. n. 209. sed Secretarius
Moguntinus: quod disertè Lehmannus sribit: lib. 7. Chrom.
Spirens. c. 124. in fine. Damit sich auch der Subscription
halber kein Mangel noch Irratum errege/wie gemei-
niglich geschicht / so gebühret dem Thürfürstl. Mayn-
hischen Secretario, daß er aus den Gewültten / so zur

E

Can-

Canzley geliefert / alle der Anwesenden Churfürsten und Stände / auch derselben Gesandten nahmen ordentlich verzeichne. Als erstlich der Churfürsten. Secundo der geistlichen Fürsten: Tertio der weltlichen Fürsten: Quarto der Prälaten und Prälaturen: Quinto der Grafen und Herren: Sexto der Frey- und Reichs-Städte Gesandten/und der Verzeichnissen eine in ieden Rath/ so viel denselben Rath betrifft / übergeben / damit sie besichtigen/und welcher vor oder nachstehend soll / ordinieren. Adde, quia monet Episcopus Eichstadiensis apud Limn. in notis tom. 2. ad cap. 1. lib. 9 n. 219. Unde est quod in Recessibus aliquando haec nomina mendosè leguntur: cuius Exemplum est in Recessu Spirensi Anni 1544. ubi Georg Ludwig von Seinsheim zu HohenRittenheim/pro Cottenheim legitur, ut monet Thralybulus Lepra de rebus gestis Seinsheim. lib. 1. p. 82. Et in ordine præterea aliquando peccatum esse, ut inde certum argumentum deduci ad Præcedentia jus non possit, itidem observant alii. Quomodo Legatus Elwangeris in Comitiis Ratisponensibus de Anno 1641. affirmavit. Dass die Probstey Elwangen / Anno 1521. zu Wormbs/ allda ein abgeordneter Doctor, Heinrich Winchöffer / von dreizehn unterschiedenen Prälaten , darunter auch von Elwangen Gewalt getragen / aus Überschen in dem Abschied unter die gemeine Prälaten gesetzt worden / und sey kundbar/dass in Subscription, sonderlich der alten Reichs-Abschiede/ auch sonst in mehr Wege verstoßen ; in gestalt eben dergleichen Fehler auch dem Stift Fulda im Jahr 1524. zu Nürnberg taut selbigem Recels begegnet. Vid. Limnæum tom. 1. addit. ad lib. 9. cap. 1. ad n. 210, & in actis Comitiorum Anni 1654. Episcopus Eichsta-

(35.)

Eichstadiensis ait: Es ist nicht genug des Vorsitzens wege
sich auf die Subscription des Reichs Abschieds zu bezie-
hen; sondern es ist nach der Reichs-Observanz von no-
then solche Subscription, bevorab selbige nicht von den
Fürsten und Ständen eigenhändig zu geschehen pfleget/
mit denen Reichs-Protocollis zu justificiren. Sed nec si
omissum in subscriptione Recessus reperiatur nomine alicuius
qui alioquin idoneè se statum esse probare queat, ideo colli-
gere licet non esse eum statum; cum & hodiè aliquando non
vocentur ad Comitia, qui vocari debent, quod ostendit Ru-
dolphil Imperatoris Epistola quo extat part. 2. adorūm Brunfus-
censium sct. 2. in addit. pag. 21.

37.

XXVI. Ut varia subscriptionis ita etiam subsignationis
ratio fuit. Modo enim solus Imperator sigillum suum ap-
posuit, quod veteri anno observatum ex Bulla Aurea, Recessi-
bus Imperii de An. 1442. & 1495. rectè monet Wehnerus in
Practicis Observat. voce Reichstag. Limnæus d. lib. 9. c. 1. n. 211.
Interdum solus Moguntinus, ut videre est in Constitutione
von Handhabung des Friedens und Rechtens. Limnæus mi-
nus rectè Imperatorem & Electorem sigillum suum huic
Constitutioni adiecisse scribit. Quam varia deinceps ea
fuerit, docet Wehnerus, Limnæus d.l. Modum subsignan-
di, qui hodiè receptus est, his verbis exhibit Beckerus in
Synopsis Juris publici lib. 4. p. 1. p. 480. Funiculum dupicum in-
fime parti pergamenti transfixum in superiore parte se-
gillum Cesarii conjungit: post cuius segillum funiculus in
duos divisus manet, & in illo qui à dextero latere segilli
Cesarei est, Ecclesiastici segillum suum annexunt: ac primò
quidem nomine Electorum Ecclesiasticorum, Moguntinus,
vel in ejus absentia Consiliarius, aut aliis Elector Ecclesia-
sticus, qui in sessione prior est, segillum appendit. Secun-
dum in latere dextro segillum applicat Ecclesiasticus Prim-
eps

Subscriptio
Reolphini

E. 2

ceps

ceps in sessione precedens, in secunda Statuum Classem, vel eo
absente in sessione proximus. Tertio loco unus ex Prelatis
sigillum apponit. A latere sinistro sigilli Cesarei è regione
Moguntini, in altero funicolo Elector Bavariae, vel eo ab-
sente ejus Consiliarius, aut alius Elector secularis ejus no-
mine. Secundo loco, sigillum nomine secularium Principum
appendit secularis aliquis Princeps, qui in sessione prior est.
Tertio loco unus ex oratione Comitum Wetteravicum &
Suevicorum, alternis vicibus sigillum subjugnit. Ultimum si-
gillum Civitatis Imperialis illius, in qua Comitia habentur,
funiculos ambos conjungit. Conf. Lehmann. & Autorem
Comitiologiz d.l. Quæ in ultimo Recessu obsignationis
observata fuerit ratio, appareret ex ipso §. finali Imperii Reces-
sus; quem ubi quis contulerit cum Schemate exhibito nu-
perrimè ab Hermanno Hermes Fasciculo Juris publici c. 36.
n. 84. p. 747. facile animadverteret, ibidem omissam esse Saxo-
nicam & Brandenburgicam subsignationem, ac in Bavaria
pro Comite Wolfegheni Maximiliano Willibaldo, ibi legi
Hermannum Egonem Comitem Curtium.

XXVII. Sequitur Publicatio. Eam Imperatori competere
extra controversiam est: R. A. de Anno 1521. in princ. 9 artie.
16. Instrumenti pacis, vers. Imprimis quidem, ibi per universum
Imperium Edictum promulgat, idque usq[ue] receptione iustatur d. l. Leh-
mannus. Quod adeo extendunt plerique, ut soli Impera-
tori hoc Juris competere velint, illudque inter Reservata
numerent: Reinking de Reg. S & Ecclesiast. libri. class 5. cap. 6. n.
122. Fibig. Elect. Juris publici semidecad. 8. quæst. 3. n. 13. & pro-
lixè Stamler de Reservatis §. 33. Alii tamen, & inter eos Hyp-
politus part. 1. cap. 6. sect. 2. solius Imperatoris nomine leges
promulgari perpetuum esse non existimant, addactis tunc
aliis tum imprimis verbis illis Ordinationis Cameralis novis-
simæ An. 1555. quæ in procœdio habetur, ibi: Dass dieselbe mit
Rath/

*Publiva & io
Rec. p. m.*

Rathßuthun und Vergleich der Chur Fürsten/ Fürsten und
der Stände / durch eine sondere Constitution in das Heil.
Reich publiciret worden: & Recessu de Anno 1495. Vom ge-
meinen Pfennig: ubi nomina Electorum & Principum
una cum Imperatoris titulo Recessui præfixa leguntur; cui
tamen, id singulare aliquid, nec unquam alias usurpatum
esse respondet d. l. Stamlerus. Fieri consuevit publicatio hæc
ista ratione. Omnibus Statibus ut convenient in Curia
indicitur, ibi Imperator vel Commissarius ejus paucis re-
petunt, quæ, post maturas deliberationes conclusa fuerunt,
in scripturam redacta, ac modo prælegenda sint. Mo-
guntinus deinceps Cancellarius, in consesso Imperatoris,
Statuum, atque populi, publicè Recessum prælegit, quam
lectionem excipit admonitio Imperatoris ad Status, ut sin-
gula Recessus capita sarta testa servare velint: post plures
alios Arumæus de Comitiis c. 8.n. 103. Lehman. d. l. publi-
cati Recessus duo, ut vocant, Originalia scribuntur; eorum
unum Imperatoris, alterum Moguntinæ Cancellariæ infer-
tur. Moguntinus deinde Elector jubente Imperatore exem-
plum ejus Imperialis Cameræ Judicio transmittit. Manda-
ti Cæsarei formula hæc extat apud Arumæum d. l. n. 105.
Nach dem im jungsten Reichs-Abschied-Articul be-
griffen seyn/die euch berühren/und zu vollzichen ge-
bühren/haben wir dem Ehrenwürdigen H. Erz-Bis-
choffen zu Maynz/ des H. Röm. Reichs in Germania
nien Erz-Canzlern/unsern lieben Neuen und Chur-
Fürsten aufgelegt/euch von solchem Reichs-Abschied
Abschriffti zuzustellen. Und ist darauf unser Gnädie-
ger Befehl an euch/das ihr solchem Reichs-Abschied
in allen Articuln/Puncten und Meinungen/so viel
euch belangt/und zu volzihen gebühret/gehorsam nach-
kommt/und gelebet/daran erstattet ihr unseren ge-
fälligen Willen und Meinung. Unde Cameram ad

observationem Recessuum Imperii, ante hanc insinuacionem, & quod eam excipit commune Decretum, ut vocant, quo Litigantes, Advocati Procuratores de eorum obser vantia admonentur, non adstringi nuperimè monet Notator ad Rhodingium ad m. i. p. 2. quod Decretum commune demum 7. Septembr. promulgatum constat circa Recessum Anni 1654. quamvis is jam Majo mense solenni publicatione Statibus iunotuisset.

Glossa Recessum XXIX. Lingua Recessus Imperii hodiè Germanica conscribi, monent Limnus lib. 9. c. 1. Sithmannus in *Speculo Imperii Romani* cap. 27. n. 10. Olim edita Attilæ & leges Comitiales tribus plerumque linguis perscriptas & promulgatas fuisse, Latinâ, Germanicâ & Slavonicâ tradit Goldatus in pref. ad tom. 3. *Collectionis Recessuum Sc. ab ultima autera Francorum memoria, usque ad annum Christi nati millesimum capitula de quibus communi consensu convenierat* (qua hodiè Recessum dicimus) per Episcopos & Abbatess latinè concepta, dein Germanicè ac Gallicè in utroque populo publicari consuevisse. Sed cum in unum Imperii corpus Attilæ tempore nondum convenierit Germania, nec Comitia talia nec Recessus esse potuerunt; ut frustrâ queratur, qua lingua scriptum fuerit, quod non fuisse constat. Certiora sunt, qua post Suffridum, Ægidium Schudum, Beuterum, Reineccium ac Willichum, tradit Heigius quæß. 7. n. 63. & manifestius reliquis probat Lehmannus in *Chronico Spirensi*, lib. 2. cap. 45. lib. 5. cap. 107. & lib. 4. cap. 21. ab initio Imperii Germanici, non Germanicæ, sed Latinæ linguæ receptum fuisse in Comitorum Decretis & Instrumentis omnibus usum. Prima Recessus Germanicè scripti mentio est apud Gothfridum Monachum, in analibus ad annum 1236. *Curia celeberrima, ait, in Assumpione beatae Mariae apud Moguntiam indicitur, ubi ferè omnibus Principibus Regni Teutonici convenientibus pax juratur, vetera jura stabiluntur, nova statuntur, & Teutonico sermone in membrana scripta omnibus publici-*

(39.)
publicantur. Extat Recessus apud Goldastum tom. 2. Reichs-
Satzungen p. 17. Est id omnium Instrumentorum pri-
mum, de quo quidem constet, quod lingua Germanica
scriptum superest: conf. Limn. ad Capit. Caroli V. art. 14.
voce die Teutische. Constat sanè Maximilianum I. Impera-
torem, suā aetate, magnum ei statuisse præmium, qui o-
stendere posset Instrumentum ante f. 500. annos scriptum,
ut memorat Beatus Rhenanus, diligentissimus rerum Ger-
manicarum Scriptor lib. 2. *Rerum Germanicarum*: cap. Franci
Germanicā sunt lingua usi. Non tamen ex eo confessim-
omnia Germanica lingua scripta sunt, nec præcepum tale
monstrari in Scriptore quidem idoneo potest. Primus Ru-
dolfus Habsburghensis, quod Clericis, utpote solis Latinis
linguis peritis ac ideo Scriptoribus Instrumentorum omni-
um in peregrina lingua, ad cuius peritiam difficulter Laicis
admittebant, patere videret hac ratione viam illuden-
di Laicis, eorumque facultates per fraudes ad se derivandi,
constituisse creditur: ut posthac, ob insciam Nobilitatis, Prin-
cipum & Pontificum editla, & Proilegia, Tentonum linguā ederen-
tur, que hattenus Romano sermone data sunt: ut Aventinus scri-
bit lib. 7. Crisius Annal. Suev. l. 3. p. 3. c. 1. de hoc negotio ait
sic logo, Rudolphum iussisse, ne amplius literas contractas Notariis
laine scriberent; sed Germanicē. Multos enim simpliciores plebis amea-
lainscriptione deceptos fuisse. Probant hanc sententiam Leh-
mannus d. I. Spangenberg, in Chronico Saxonia cap. 264. fol. 450.
Heigius quæst. 7. num. 64. Goldastus, qui exhibet tom. 2. consti-
tut. Imp. p. 311. summatum Decreti, Johann. Sitman. d. cap. 27. n. 14.

XXIX. Sed Goldasti illam Decreti Comitialis sum-
mam nihil authentici habere, cuivis liquet. Et autores
omnes qui rem commemorant, quamvis inter eos viri gra-
ves aliqui, coævi tamen non fuere Rudolpho, nec à coævis
accepere: ne ipse Aventinus quidem, qui Autorem nullum,
ex quo in lib. 7. profecerit, recitat, qui eā aetate, quā Rudol-
phus vixit, tale quid memoria prodiderit. Et Bulla Aurea
Latī.

46

*et Germ. Lingua
et legiander
Ad 25. nevelon
ria et præcepta
an Relempo.*

Latino sermone compōsta est, & multa extant alia Instrumenta eadem lingua Rudolphi zvo, & postea scripta. Sed & ipsi Scriptores rem diversa ratione receperat. Aventinus & Lehmannus de solis Principum & Pontificum Edicatis & privilegiis loquuntur. Cruxius etiam Notariis prohibitum scribit, ne contractus latinē scriberent; quod non usus illorum temporum solum, sed & Constit. Coloniensis 1512. anni, inscripta *Ordnung der Notarien S. Item die Notarien ic. permittit.* Unde non immeritò timide de hoc negotio pronuntiat. Limnaeus *Annotamentis ad art. 14. Capit Carol. num. 6. & seqq.* Quid? quod Capitulationibus Imperatoriis jam inde à Caroli V. Imp. tempore, insertum legitur, ut in negotiis Germanicis Imperator exoticis quidem linguis in Imperio uti non possit; extra Imperium tamen etiam illis, in Imperio autem Latina & Germanicā uti queat; vid. *Capit. Carol V. art. 14. Ferd. I. art. 13. Rudolphi II. art. 13. Mathis art. 14. Ferdin. II. art. 12. Ferdin. III. art. 16. Ferdin. IV. art. 42.* quod reliquis plenius explicatum legitur in Capitulatione hodierna *Imper. Leopold. art. 43.* verba sunt: *Wir wollen auch in Schriften und Handlungen des Reichs keiner anderen Zungen noch Sprach gebrauchen lassen / dann der Deutschen oder Lateinischen Zungen / es wäre dann an Orten außerhalb des Reichs / da gemeinhlich eine andere Sprach in Übung wäre / und im Gebrauch stünde / jedoch in allerwegen in unserem Reichs - Hof-Rath; der Deutschen und Lateinischen Sprach unabbrüchig.* Quo loco pratermitendus est Sithmanni error *diss. cap. 27. n. 17.* ubi existimat Capitul. Imperatoris provisum, quod solā utendum sit Germanicā linguā, quod Ferdinandi II. Capitulatione probare contendit, quā disertè *art. 12.* Latinam tamen Germanicā addit. In judicio Aulico Imperiali utriusque etiam lingua usus est: *Vernewerte Reichs- & Hoff Rathss- Ordnung*

Ed(41.) 30

f. 3.

Ordnung / de Anno 1654. iii. 3. I. ferner soll in dergleichen Parchey-Sachen keine Schriffti anderer Sprache, daß Teutsch und Lateinischer bey dem Reiche-Hof-Rath ans genommen werden / adde Capitulationes. In Camera tamen Imperiali receptum esse scribit Julianus Magenhorst, in Coment. in Ord part. i. iii. 3 p. 7. ut procedatur in lingua Germanica. Unde processus latinos contra Episcopum Verodunensem, & Ferdinandi Rom. Regis in causa Feloniz, contra quendam Germanicum Principem denegatos, & ut in Germanicalingua proponerentur omnia, decretum fuisse, tradit. Quod tamen nec esse perpetuum ostendunt causæ Flandriæ & Hollandiæ, quas ipse excipit. Sanè Instrumentum Pacis & latinè conscriptum, & hâc linguâ, Recessus Imperii Anni 1654, partem facere, notius est, quam ut memorari debeat. Ut vel non idoneè probari talem Rutolphi legem fuisse aliquam, vel certè desuetudine sublatam necesse sit Interim Recessus duobus proximis seculis serè omnes lingua Germanica scriptos docet eorum postrema in uno volumine facta collectio.

Vis & Effect
Reeformu

XXX. Recessus hos omnes deinceps, qui Imperii Germanici partes sunt pro legibus habent. Imperator, & reliqui Imperii Status ac subditi immediati & mediati. Unde obligatoria illæ in Recessibus Imperii, eorumque Subscriptionibus formula. Antiquiores ejus argumenti, cuivis querenti, ex ipso Recessuum volumine se offerant. Subjicimus saltem recentiorem ultimi Recessus: Solches alles und jedes wie hieroben steht / und Uns Käyser Ferdinand den Dritten berühren thut gereden und versprechen wir bey Unsern Käyserl. Wünden und Wörten / stät / fest und unverbrüchlich aufrichtig zu halten / zu vollziehen / deme strack's nachzukommen und zugeleben / sonder Gefehde: Und wir die Chur-Fürsten und Stände / und der abwesenden verordnete Rath / Botschafften und Gesandte ic. gereden und versprechen in guten wahren Treuen / alle und jede obbeschriebene Puncten und Articul, als wie obstehet / so viel die einen jeden oder den von dem

er geschickt oder Gewalthabender ist, betrifft oder betreffen mag, wahr, stät, aufrichtig, und ohn Verbrechen zu halten und zu vollziehen, und dem nach allem Vermögen nachzukommen. Quod etiam se facturum, ac nullum Rescriptum, Mandatum aut Commissionem in aduersum concessurum, solenniter promittit, & jurat Imperator in Capitul. vid. ult. Capitul. Augustissimi Imperatoris Leopoldi art. 38. Neque novum id est, sed jam inde in prima Caroli V. Capitulatione art. 32. usurpatum. Legitur quidem id in Caroli V. Capitulatione, saltem in hunc modum: Wir sollen und wollen auch in dieser Unserer Zusagung, der guldern Bulla, des Reichs Ordnung und Gesetzen so iurat gemacht, oder künftig durch Uns mit Chur-Fürsten, Fürsten und Stände des h. Römisch Reichs-Kath möchtien aufgerichtet werden, zu wieder kein Rescript, oder Mandat, oder ichtwas beschwerlichs, unerhörter Sachen ausgeben lassen oder zu geschehen gestatten: Unde existimare aliquis possit, audita causa id permissum fuisse Carolo V. Imperatori. Sed illa verba, velle ut audiatur causa in Comitis presentibus Statibus, pridem monuit ad dict. art. Limnaus. Et ne suberset dubii quid, in sequentibus Capitulationibus omnibus omissa sunt, adiectis interim quæ sensum Capitulationis magis declarant, conf. art. 29. Cap. Ferd. I. Maxim. II. art. 16. Rudolphi II. art. 33. 34. & 35. Mathia Cap. art. 39. Ferd. II tit. 38. Ferd. III. tit. 40. Ferd. IV. tit. 38 Leopoldi tit. 38. Multò magis autem alii. Status Imperii iisdem tenentur, ut ex Recessibus patet: vid. post plures alios Carpz. de Lege Regia c. 12. s. 2. n. 17. Arumzum de Comitiis c. 8. n. 106. Paurmeister, de Jurisd. lib. 2. c. 2. n. 57. Obrecht. de Jurisd. cap. 6. De reliquis Imperii Civibus, qui Status non sunt & Subditis, Obrechtus d. l. ita quidem existimat, illos Recessus non obligare: quod habeant vim conventionum & contractuum, qui contrahentes solum obstringant. Ceterum hoc à Reipublicæ nostræ instituto prorsus alienum esse reftissimè monet Paurmeisterus lib. 2. de Jurisd. c. 2. n. 57. Ubi verè docet: aliud esse actionem & conventionem privatam, quæ alius, quam qui egerunt & consenserunt, prejudicat, cum gestatim ad actores suos restringi, ad alios vero por-

45.

porrigi non debeant l. Modestinus de exceptionibus leg. 2. Cod. de fidei
instrumentorum. C. res inter alios acta, in principio. Alind conven-
ta ac Decreta publica, que non tantum constituentes, sed totam Civi-
tatem ex potestate antea in eos collata obligant. Nihil enim interest
per se aliquid discernat populas an vero si, quibus decernendi nego-
tium dedit, l. item s. i. quod cuiusque Universi nomine.

XXXI. Secundum hos Recessus etiam jus reddi-
tur in Summis Imperii Judiciis. In Judicio Imperiali Aulico ita tem-
sere habere probat Ordinatio novissima
Judicij Aulici Ferdinandi III. de Anno 1654. n. 1. § Und
weilen; ubi illa leguntur: Ob gleich eine Sach uns selb-
sten betrefse / allein Gott und ihren zu der wahren Justiz
leiblich geschworenen Kyd allezeit vor Augen halten / so dann
zuförderst Unser Röm. Käys. Wahl. Capitulation, Reichs
Abschiede, und in Mangel derselben die Käyserl Rech-
te und rechtmäßige Observationen und Gebrauch in acht
nehmen / und nach denselben ihre Decreta, Bescheid und
Urtheil richten. Adde juramentum des Reichs Hof,
Raths / ibi: ietzige und künftige des Heil. Reichs Consti-
tutionen und Satzung ic. in acht zu nehmen in allen
Satzungen und Handlungen ic. & s. pen. Es solle auch
Unser Käyserl Wahl. Capitulation, alle Reichs-Abschie-
de ic. auf der Reichs-Hof, Rathss-Tafel / damit man sich
deren auf zweifelhaften Fällen gebrauchen könne /
stets vorhanden seyn / und von selber nicht verrücket wer-
den. De Judicio Camerali idem disertis verbis constitu-
tum: vid. Ordinat. Cameralem de Anno 1555. part. 1. tit. 19. & in
Nova Concept. Ordinat. Cameralis part. 1. tit. 19. & Juramentum
Assessorum part. 1. tit. 57. ibi: Tact des Reichs gemeinen
Rechten / Abschieden ic. Denais voce Assessorum
minus Rodingh. Pandect. Camer. lib. 4 tit. 3. p. 963. Quia
si quando parum attenderentur Imperii Recessus, gravissi-
me ea de re conquesti leguntur prudentiores multi ex
Imperi Statibus. Fridericus Wilhelmus, Pro-Elector Sa-
xonia, in Scripto ad Legatos in Comitis Ratisponensis commorantes
ita in fin: Es ist leider dieser Missbrauch bey solcher wolbe-
dachten Reichs Ordnung / dass es zwar verabschiedet also
vers

verbleibe / wie es aber ins Werk zu richten / beyzeiten nicht
in acht genommen werde / sondern sich mehrer theils ohne
fernem Zuthun darauf verlasset / das solches im Reich also
geschlossen / und in Abschied gebracht / darüber einsamals das
z. Röm. Reich unversehns zu Grund und Boden gehen
mochte. Et Evangelicorum Statuum Lipsia congregato-
rum ad Imperatorem in literis die 18. Martii Anno 1621. gra-
vis est querela : Es wolle das Ansehen gewinnen / als ob die
so mit grosser providentia und Farsichtigkeit aufgerichtete
Sanctionen und Abschiede gar ihre Abschiede bekostet solle.

XXXII. At quæ sit ratio quā adstringū Imperii Stat⁹ & Sub-
ditos inquirendū nobis adhuc superest : vim contract⁹ an le-
gis habeat Recessus? an utriusq; quod nostra aetate disceptari
cepit. Contractus vim iis negari non posse, docent manife-
stissimi textus singulorum fere Recessuum vid. Recessum *de Ann. 1500 in fin. Recess de Ann. 1512. itidem insine: de Ann. 1559.* ubi ver-
ba vereiniget / verglichen / verpflichtet / vertragen / quæ Con-
tractus sunt, reperiuntur est. Sed &c. quod itidem leguntur in
Recessu 1559. illa: sezzen / ordnen / und wollen: & in Recessu Im-
perii de Ann. 1564. sezzen / ordnen / und wollen demnach. Et
in recessu de Anno 1570. Darum gebieten und wollen / daß
alle und iede Stände und Obrigkeit / ob diesem Unserm
Gebot mit allem ernstlichen Fleiß halten / quæ præceptum &
legem continent: & cum Recessus ab iis, qui legum ferunda-
rum potestatem in Imperio Germanico habent, ferantur, cu
obligatorio præcepto, omnibus Imperii civib⁹ & subditis pu-
blicentur: tum in plerisque quæ iis contineuntur rebus voti-
rum numerus attendatur, idque jus sit, quod plures volunt,
cum in Contraria voto plurium non sufficient, sed singulorum
consensus requiratur; Ideo & leges esse, & contra-
ctus vim habere, non immerbito Fibigio *quaest. semidec. 8. n. u.*
visum fuit. Neque novum est, utramque vim contractus &
legis uni negotio tribui, quod pridem observatum Grotio
lib. 2. de J. B. & P. c. 14. num. 9. vid. ad eundem Feldenum in ult.
edit. Annot. Et monuit jam antea contra Obrechtū Paupermeiste-
rus d.l. qui inde, quod in vim contractus valere Recessus di-
cuntur, male addita exclusiva particula, quasi solum in vim

con-

(45.)

contractus valerent, exemerat à Recessibus mediatae Subditos)
Quod dicitur Decreta vel Recessus Imperii habere vim conventionum &
contractuum, non ita simpliciter exaudiendum esse.

47.

Quando & per
vis Recepsum

XXXIII. Cessat vis & obligatio Recessuum Imperii, ex iis causis, quæ alioquin faciunt cessare legis virtutem. I. Si cesset tota causa finalis vel finis internus, qui à re præcepta non distinguitur. Ad eum enim in cessatione legis omnis respicitur, non ad externum. & à materia præcepti distinctum, quando queritur de perseverantia illius & cessatione vid. l. ult. ff. de SCo Silanianol. 8. §. 2. de Jure Patronatus, Suarez de legibus lib. 6. c. 9. n. 5. 9. 10. Salas de legibus disp. 21. sect. 3. n. 34. Bonacina disp. 1. quest. 1. punct. ult. §. 2. n. 1. vers. dixi cessante tota causa: post Covarruviam Azorium, Victoriam, Castro Palao Operis moralis part. 1. Tract. 3. disput. 5. punct. 1. num. 4. II. Si ad certum tempus, vel terminum faletem, aliquid Constitutum sit, ut Constitutiones de solutione Debitorum in ultimo Recessu de Anno 1614. §. So viel nun die Capitalia: Neque enim dubium existente termino legis, eam evanescere, l. 27. §. 1. l. 52. §. 3. de paliis l. 21. ff. de Vulgari & pupillari substitutione. III. Si abrogetur, lata alia in adversum lege: §. 20. nli. Inflit. de Jure N. G. Civili l. fin. de Constit. Princip. & cap. 1. de constit. in 610. Thomas l. 2. quest. 97. art. 1. & ibi Scholasticæ ac Moralis, Interpp. in l. un. C. de caducis tollendis in princ. & passim. IV. Si consuetudine rationabili, & legitimè præscripta, ejus obligatio sublata sit, l. 32. § 1. ff. d. LL Scis & longa consuetud. cap. ult. X. de consuetudine. Non est verò obligatio sublata si simpliciter, quamvis longo tempore, nullus sit Recessus alicujus usus quod fieri solet in multis materiis v. g. Expeditionis Romanæ, Turcicæ, &c. arg l. 3. in princ. C. de Jure Domini impetrando Consuetudo enim quæ legem, abrogare debet, vel novam statuere, necessariò oriri debet ex speciali intentione statuendi novam, Emanuel Saa. verbo Consuetudo, Bonacina, disp. 1. quest. 1. punct. ult. § 3. n. 19. post, Suarezum, Valquez, & Salas, Castro Palao d. l. Disp. 3 punct. 3. n. 12. Sed & ex parte cessare potest ex Interpretatione, si nempe declaratur, Recessum ad illum casum, de quo agitur, non pertinere, quod de LL. in genere omnibus monet, post alios Castro Palao d. l. disp. 5. in princ. punct. 3.

F 3

XXXIV. Di-

XXXIV. Dispensatione etiam remitti obligationem ut aliarum multarum legum, ita interdum Recessus Imperi posse, dubio vacat vid. ejus Exemplum in Recessu de Anno 1654. S. Nach dem mahl aber. & secuta dispensatione, quæ extat apud Rhodungium pandet. *Cam. lib. i. tit. 12 p. 201.* adde Amplissimum Dn. Joha nem Melchior Sax. in *dispi de Dispensationibus ib. 251.* Dispensatio tamen hæc, non ad Imperatorem solum, sed Imperatorem cū Statibus simul spectat, quod satis ostendunt Capitulationes: vide imprimis ultimam Leopoldi Imperat. art 38. *Carpz de lege Regia cap. XII. sect. 2.* Illud vix monendum esse putamus nullam esse universalem obligationem ad Recessum, si de eo convenire Status nequeant, quod factum Anno 1608. & Ann. 1613. in nuperis Comitiis Anni 1615. 4. ajunt Principes & Status Protestantes apud Linnum *vom. 2. addit. ad lib. 9. cap. 1. n. 167.* Anno 1608. Sey es zur Dissolution des Reichstages/An. 1613. aber zu keinem ordentlichen verglichenen und allerseits beliebten sondern vielmehr einem einseitigem von den Protestirenden vermög vorhandenen offenen Abdruks publicè contradicirten Reichs: Abschied/ie. ausgeschlagen.

Differet Confisi - XXXVI. Patet ex his, quæ scripsimus, quid differat à Recessis *Julii 2. Novembris* Imperii Constitutio Imperatoris solius. Hi enim Statuti a Receptuum liberationem & consensem postulant. Quid à Constitutionibus Imperatoris etiamsi accesserit unius vel alterius ex Statibus extra Comitia consensus, ut in Pace Pragensi, quæ ideo merito in ultima Editione Moguntina Recessum omissa est. Sed & à Recessibus Conventuum Circularium multum discrepant. Sunt enim illa Decreta, Comitorum non omnium Imperii Statuum, vel nomine omnium collecta, sed certe & saltem Imperii partis. Multò magis autem inter Recessus Generales hujusmodi, & cuiuscunq; Germanicæ Provinciæ Particulares Landtags Abschiede differentiæ plurimum est. A Statibus enim solummodo Provincialibus, unius alicujus Imperii Status, ad salutem unius Provinciæ illi componuntur. Qua ratione & discriminis plurimum est inter universales Imperii leges & Ordinationes hujusmodi Provinciales vel Statuta. Quin satis quoq; manifeste appetet, quale sit inter Recessus hujusmodi

(47.) 29

jusmodi & fœdera Statuum Imperii, vel invicem, vel cum
aliis, discrimen.

49.

*Ed. Chronicorum
Recessuum*

XXXVI. Ceterum aliquot seculis nulla Recessuum hujusmodi
facta est collectio. Primum enim, quod sciamus, uno volumine
Anno 1527. Spiræ typis descripti sunt. Inscripto libri ista: Alle
und iede des Reichs Ordnungē samt der guldē Bull und Ab-
schieden ic. Aus Befehl Hæys Majestat Stathalters und Regis-
ments im Heil. Reich zusammen gelesen durch Peter Trachen/
Schultheissen zu Speyer. Insecutæ Editiones Moguntinæ An.
1548. 1552. 1559. 1567. 1599. 1607. 1614. 1615. 1621. 1642. quam excepit
demum ultima anni 1660. Omnes vero imperfectas. Nec enim
Recessus alios, quam ab anno demum 1356. promittunt quidem.
At vero tanto tempore, quod ad illum annum usque ad Caroli
M. statum fuit, nulla fuisse Comitia, nullos Recessus, nemo
haec tenus dicere ausus est: ac si auderet aliquis, ipsa ratione,
Historia, & exemplis eorum, quæ habet Goldastus & Lehman-
nus, refelli potest. Sed & ab illo tempore nullæ Constitutio-
nes Imperii ab anno 1356. ad annum usq; 1442. ibi exhibentur.
Et fuisse tamen plures testantur vel illa solum, quæ in Chronicis
Spirensi collegit Lehmannus. Sanè Limn. ad lib. 9. cap. 1. num. 225.
se admonitum ait à Georgio Christophoro Waltero, esse qui ab
anno 1356. usque ad annum 1507. viginti & novem conventus
Imperiales commemoret: quo toto tamen tempore non nisi s. in Editione Moguntina Imperii Recessuum reperiantur. Ceterum,
quod Walterus putavit. an idoneis argumentis ostendi
possit vel ex Historia veteri, vel ex collectione aliqua, aut aliunde
nos maximoper dubitamus, Goldasto Lehmanno non obser-
vantibus alia Comitia, aut Recessus, nisi annorum 1442. 1466.
1471. 1474. 1479. 1486. 1487. 1489. 1495. 1496. Addit his: Erklärung
des Land Friedens zu Nuremberg / anno 1552 aufgerichtet / S.
soiemand von der schuld/ Comitia anni 1498. Friburgi habita.
Quod si his aliquis adjecterit Recessus anni 1510. 1535. 1543. 1559.
1569. qui integri additi sunt in ultima editione Recessuum, cum
haec tenus in collectionibus omnibus defuisse, is minimè dubi-
tabit valde imperfectas esse Editiones Recessuum Imperii haec-
nus,

nus omnes. Quid? quod insertæ sunt etiam Constitutiones, quæ Recessus Imperii non sunt. Nisi Recessum esse credere velimus, Interimisticum scriptum Anni 1548. quod in Moguntinis omnibus, & Pacem Pragensem, quam in Ostermanniana Editione Anni 1542. legimus,

Xavi. Ed. &c. — XXXVII. Nec Imperfectæ solum sunt Recessuum Imperii Editiones; sed quod dolendum meritò multo plurimis etiam tum veteres, tum posteriores imprimis, laborant viuis. Adducemus aliquot, unde id liquido cunctis patere possit. Exempla. In der Regiments-Ordnung zu Augspurg Anno 1500. Tit der Türen halb in omnibus Editionibus corruptissime legitur. Weiter haben wir nicht ohne Beschwerung unsers Gemüths betracht / und zu Hertzen genommen / wie schwerlich der Feind Christi der Türk seine Macht nicht weiter (non nulla exempla habent nisi weiser) dann bishier in Christglaubige Gewalt gesetzt: pro noch weiter / ut legitur in Editione hujus Recessus Spirensi anni 1527. correcta à patro Trachen / Sculteto; aut ut habet Exemplar quoddam manuscriptum hujus Recessus: iegoz ferner. Recessus Spirensi anni 1542. §. Wo dann also ic in Editione Moguntina legitur: Durch die ungeordnete Einnahmer pro durch die undergeordnete c. In der Räys. Erklärung wegen der Religion zu Augspurg. m. 21. §. pen. (qua tamen constitutio propriè non meretur locum inter Imperii Recessus, utpote non probata à Statibus omnibus, sed nonnullis saltem) legitur corruptè: hiemit wollen wir dem Ungehorsam nichts abziehenden die Kinder ihren Eltern schuldig: pro dem Gehorsam/ R. A. zu Augspurg 1555. §. ob auch der Oberst: ibi: daraus sollen sie ihm Beyseyn der Beschädigten un derjenigen/ so die Sache nicht belanget (edit. veteres habent nit zu halten: pro mit beslanget; Cammer-Gerichts-Ordn. de Aan. 1555. part. 2. tit. 23. Es wöre dann / das die Sache und Handlung darüber die Räys. Mandata zu erkennen gebotten/ pro verbotten; ut habent reliquæ Ordinationes, & latina versio Gobleri. R. A. zu Augspurg/ an. 1559. §. solche fürfallende / in fine ibi, die in Jahrs-Frist dem Cammer-Gericht verpflicht gewesen/ pro nicht verpflicht gewesen;

57.

(49.)
wesen; Münz-Ordnung zu Augsburg de An. 1559. §. Und damit
diese re. legitur. Doch wo die Reichs-Stände befinden / daß von nō-
then wäre zween Probation-Tage Jährlich gehalten werden / pro-
 daß nicht vonnōthen wäre zween. Vidi hoc jam pridem Goldastus,
 qui ut ipse commemorat, im Rechtlichen Bedenken von Confiscati-
 onen der Zauberer Güter p. 140. destinaverat idē in lucem edere li-
 bellum inscriptum: Warnung von denen zu Mainz, bey Behem/Al-
 bin in Strohecken gedruckten Reichs Abschieden; Sed morte præ-
 ventus quod facere animum induxerat, vel non absolvit, sed saltē li-
 bellus ille - licubi latet ineditus.

XXXVIII. Adeo autem non corrigit hæc vitia ultima Editio A. 1660
ut plurimis locis passim etiam augeat. Dabimus saltē ejus etiam a-
liquot Exempla. In Ordinatione Camerali zu Augsburg Ann. 1500.
Constitutione cuius Inscriptio: Die Articel des Cammer-Gerichts
zu Lindau/Freyburg/werden hiematischirct ec. p. 13. post verba: daß
dagegen Reformation der Notorien für genommen werde; omit-
tuntur illa: dardurch solches für gekommen werde; & ibidem: untüg-
lich geschickt/pro untüglich und nicht geschickt/ ut ex ratione & com-
parisone primæ Editionis Spirensis Recessuum patet. Id gravius et-
iam est, quod §. integer der Cam-Ger-Ord. zu Augsp./A. 1500 aufges-
richtet/qui sub iiii in princ. legi debebat, ac integris quatuor lineis constat,
omittitur. Prolixum esset omnia referre, cum locis pluribus, quam
aliquis qui non contulerit, credit, errore typographi peccatum sit: im-
primis in Ordinatione Camerali. Interim ut posteriores nonnullæ
Editiones, antiquissimas eo superant, quod additum habeant Germanico (qui solus in antiquis legebatur) latinum textum Bullæ Au-
reæ, Ostermanniana autem reliquias eo superat, quod Epitome Aureæ
Bullæ etiam accesserit; Ita ultima hæc, reliquis eo nomine antistat,
quod Recessus quinque an. 1510. 1535. 1543. 1559. 1569. desideratos in pri-
oribus adjecerit: & quod præterea in paragraphos, numeris distin-
ctos, Recessus singulos dividat quod summam rerum, Recessibus de-
finitarum, capita circa singulorum initia observet, ac demum Indices
tres, Generalem, quam reliqua Editiones multò locupletiorem, spe-
ciales vero, Bullæ Aureæ, & Ordinationis criminalis, locupletissimos
habeat.

XXXIX. Melchior Goldastus ab Heimensfeldt tentavit quidem
colligere à prima origine Imperii Germanici Recessus. Atque tomos

G

etiam


etiam tres edidit. Eorum secundum Christiano II. Electori Saxoniz, Vicario Imperii inscribit, atque dedicationis hujus se habere causam ipse ad Electorū profitetur. Ut super iis una pariter cum Serenissimo Collega in commune consuleret: Et ubi consuluerit, de iisdem juxta sanctissimi munieris à Regibus delatam gratiam, cum Sacra Cesarea Majestate agat, eamque ope consilioq; juvet, & auctoritate Imperatoria eao Constitutiones, quae nonnihil ab usu recessisse videntur, commoda interpretatione restituat, quae obrepserunt aīg, furiva sunt, (cujusmodi nonnullas in ea collectione esse à Pontificibus Romanis confitetas ipse agnoscit) tollat, que publicis Decretis abrogata, nullas esse inbeat, que vero grata in vulgo & in usum bonumq; publicum necessaria sunt, quære ut vim ariq; vigorem obtineat res communis postulat, nova sanctiore corroboret, confermet, in universoque Imperio exerceri procuret. Sed & res illa est. Et caruit; & non manca solun est illa collectio, sed & falsa quadam, dubia fidei nonnulla, abrogata plurima eam continere, tum res ipsa loquitur, tum confitetur modo audivimus. Goldastum, cuius tamen laudem eximiam, in nonnullis adhibita diligentia meretur. Quid quod tertio operi illius tomo, & tomo uno Collectionis, quem Matthiae Imperatori dedicavit, Francorum Regum Decreta, nostris Recessibus permisceat, & posteriores Recessus non attingit. Galli Decreta Comitorum antiquissima, à primis Francorum Exordiis, summa cura collecta debent industria Cardinalis Mazarini, qui 50. Majoribus manuscriptis voluminibus, quicquid ab ultima antiquitate usque, excusis Archivis & Bibliothecis Gallia erui potuit, magnis sumitibus colligendum judicavit, quomodo illi ante paucos annos adhuc in Bibliotheca Mazarinea extabant.

XL. Recessus hos Imperii à Pontificibus, & quidem Paulo IV. primum, inter libros prohibitos relatos, eaque de re non semel conqueruntur esse Ferdinand, I. Imperatorē legitur in Disp. 4. Col. 2. lib. 1. lit. b. Collegii publici Dn. Cancellarii Schizzi de Statu Rei Romana. Atque ejus rei tellis advocatus Petrus Suavis Polanus in Historia Concilii Tridentini, qui vero suo nomine non aliud est quam Frater Paulus Servita. Ceterum quavis tum ex Sleidano de Statu Religionis & Reipublica, tum ex Petro Suave id factis appareat, nonnullos Imperii Recessus bilem movisse Pontificibus, in primis illos, qui continent pacem religiosam, aliasq; Religionem, aut disciplinam Ecclesiasticam attingen-
tia; id tamen, omnes Recessus, ac totum volumen, inter libros prohibitos relatum, ibi disertis verbis legi, haec tenus non observare potimus. Non erunt autem hujusmodi protestationes aut contradic̄tiones Pontificia majoris momenti, quam illæ quas opposuit Bulla edita anno 1651. Paci Monasteriensi & Osnabrugensi Innocentius X. Sane fulgura hæc esse ex pelvi abunde docuere libris integris Viri Clarissimi Hermannus Conringius Helvustadiensis, & Johannes Hornbeck Ultrajectinus Professor, quibus addit Ludovici de Montesperato Vindicias Facilitationis Osnabrugensis & Monasteriensis. Id demum addimus, optandum, prodire aliquando Commentarium eruditii Viri in hoc volumen Recessuum. Agitaverat animo tale quid Goldastus, atque extant hodiè prima illius operis manucripta ac inedita rudimenta Francofurti ad Moenum apud privatos. Extant & breves notæ ac ineditæ Caspar. Bitschii, scriptæ ipsius Bergeri Cameræ Assessoris manu, Spire, in Bibliotheca Bergeriana; sed in totum Codicem hactenus typis descriptum, nihil prodiit, Nuper tamen Anton. Ginth. Fritschius tale quid pollicitus est. Quod quale futurum sit dies docebit. Nos hic pedem figimus.

F I N I S.

X2615924

VdA 7



B.I.G.



I.
Q. B. V. D. T. O. M.
DISSE¹²⁷
TATIONEM
JURIS PUBLICI,
De
IMPERII RE-
CESSIBUS,
von
Reichs-Abschieden / 1861
Publicè disputandam proponit
Titel Bernhard Lib. Baro von Stein.
PRÆSIDE
ERICO MAURITIO, U. J. D.
& Prof. Publ.
In Auditorio fctorum
Add. Maji,
Horis matutin.
Recusa JENÆ
GEORGII HEINRICI MÜLLERI,
ANNO M DC XCI.

